

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber septimus, De prædestinatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-885

illa magna, & lethalia, neminem mittere in Purgatorium, sed recta ad inferos nullam remissa sunt: si tamen sibi constet Papista. Sed & prior sensus non minus ridiculus. Præparant, inquit, ad mortale. Ita ne? At multa aqua paulatim tubrepens non præparat navi non ingenti fluctu mergendam, sed ipsi, potius mergit. Tum autem illud, multa levia, ita grauabunt, & oppriment, sicut unum aliquod grande, qua arte verti potest, in hoc præparabunt nos ad unum grande, quo mergatur? Hoccine vero est patres interpretari & an potius. Sed taceo: nihil enim occurrit.

XII. Rursus Augustinus lib. 2. de peccatorum Meritis, & Remissione, c. 3. Describo totum caput, propter Bellarmini sophismata. Acute sibi videntur dicere, quasi nostrum hoc nullus ignoret, quod si nolumus, non peccamus, nec præcipiter Deus homini, quod esset humana impossibile voluntati. Sed hoc non videt, quod ad nonnullas superandas, vel q[uod] male cupiuntur vel q[uod] male metuuntur magnis aliqd[em]. Et totis viribus opus est voluntatis, quas nos non perfecte in omnibus adhibituros puidit, qui per Prophetam veridice dici voluit, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Tales itaque nos Dominus futuros presidens, quasdam salubria remedia contrareatum, & vincula peccatorum post baptismum dare, ac ualere dignatus est, opera scilicet misericordia, cum ait, Dimittite, & dimittitur vobis: date, & dabitur vobis. Quia enim, quam aliqua spe adipiscenda salutis aeterna de hac vita migraret, manente illa sententia, quod quicunque totam legem seruauerit, offendas autem in uno factus est omnium reus, nisi post paululum sequevereris. Sic loquimini, & sic facite, tanquam per legem libertatis incipientes iuicari iudicium enim sine misericordia, illi qui non facit misericordiam. Superezulat autem misericordia iudicio. Hac sane Augustini manifesto significant quilibet peccata inerent aeternam peccatum, nisi subueniat misericordia. Eique loco similis est ex Epist. 29. Quum Rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castum habere cor: aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Quia igitur spes est, nisi superezulat misericordia iudicium? Addo ex ultimo c. 9. Confession. m. Quadrage illa (matrem suam Monicam intelligit) in Christo uiuiscata, etiam non diu carne solita, sic uicerit, ut laudetur nomen tuum in fide, moribusque eius, non tamen audeo dicere, ex quo eam per Baptismum regenerasti, nullum verbum exisse ab ore eius contra preceptum tuum. Et dictum est a Veritate, Filio tuo: Si quis dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehenna ignis. Et va, etiam laudabilis uita hominum si remota misericordia discutias eam. Quia vero non exquiris aetilita uellementer, fiducialiter speramus, aliquem apud te locum inuenire indulgentia.

XIII. Bellarminus ad primum respondebat: Primo, quodlibet crimen, id est, mortale peccatum sufficere ad aeternam hominis peccatum, neminem autem certo sciit, habeat, vel non eiusmodi crimen. Ideoque neminem cum spe salutis de hac vita migraturum, nisi misericordiam a Deo speraret. Secundo, multa venialia disponere ad mortale: deoq[ue] nisi prouidisset Deus remedia quotidiana, neminem decessurum cum spe salutis. Ad secundum, & tertium, loqui Augustinum de peccato Purgatori, quam vix nulli, nisi ex magna Dei misericordia euadant. Probat, quia pro matre sua orat pro damnatis, orari non debet. Itaque & illud refertur ad peccatas Purgatori, quae sunt longe grauissimæ.

XIV. Sed enim ista redolent arriscium Iesuiticum in torquendis quibuscumque locis ad suum sensum. In primo, falsum loqui Augustinum de criminibus, id est, magnis peccatis. Probo, primo, quia de iis loquitur quæ sunt ex defectu virium perfectæ voluntatis: Tots, inquit, viribus opus est voluntatis, quas nos non perfecte in omnibus adhibituros prævidit Deus. At hæc peccata Augustinus solerit numerare inter quotidiana, & exigua. Papista etiam inter venialia. Secundo, quia ob eam causam dictum allerit, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens, quod ipsum alibi docet dictum propter leuiam, Epistola 29. & alibi. Rursus, falsum loqui de multis venialibus. Verum potius loqui de singulis leibuis, pater ex sententia Iacob, Quicunq[ue] offendit in uno. Epist. 29. Reus est omnium, faciendo contra eam, in quæpendit omnia. Cur ergo non dicantur paria peccata? An forte quia magis facit contra charitatem, qui grauius peccat, minus qui leuius? Et hoc ipso quod admittit, fit quidem omnium reus: sed grauius peccans, vel in pluribus peccans, magis reus: leuius autem, vel in paucioribus peccans minus reus, tanto maiore scilicet reatu, quanto amplius, tanto minore, quanto minus peccauerit: tamen etiam si in uno offenderit, reus omnium est, qui contra eam facit, unde pendit omnia.

XV. In reliquis locis etiam falsum, agi de peccatis Purgatori. Nam in Epistola 29. manifestum agi de aeternis Nam hæc verba: Quia igitur spes est ex viu communi significant nullam spem esse. At in Purgatorio non est nulla spes: si vera dicunt, qui Purgatorium statuunt. Imo spes est, etiam si non superexultet misericordia iudicium. Quia si verum est leues culpas non mereri peccatum aeternam, ne quidem Deo iudice, tum illud certum, etiam Deo seuerissime exigente iudicia sua, tamen saluum futurum, eum qui est in Pur-

gatorio. In Confessionibus autem primo illud, & non solet usurpati, nisi de extrema ac desperata miseria. Matth. 11. Vnde tibi Corazin, & tibi Bethsaida. Et 18. Vnde homini illi, per quem offendiculum enenit. Secundo, addidit Augustinus se vereri de matre, propterea quod dictum sit, Si quis dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehenna ignis. At gehenna ignis non significat Purgatorium. Atque hinc patet solutio sophismatis Bellarminiani, probantis agi de Purgatorio, quia preces concipiebant pro Monica defuncta, non debeant autem concepi, pro damnatis. Nam, vt alias docebimus, preceabant olim Christiani pro defunctis, vt liberarentur a damnatione, & peccata aeterna: non quod cederent in eam iam missos, sed quia expectati putabant ultimum iudicium atque eo usque detineri animas, non plene purgatas. Sed, vt dixi, hac de re nos alias.

XVI. Atque hi sunt omnes loci, quos à Patribus selegit Bellarminus, ut solueret. Addo iam alios. Athenagoras Apologia, περὶ φίλων μητέρων της θρησκείας οὐαὶ τοῖς αἰτούσι τὴν Ἱερουλήν, Osculum si vel parvum cogitatione inquietur, alienat nos à vita eterna. Et post pauca, τοῦτο μετέπειται, καὶ φίλων μητέρων τῆς θρησκείας, τοῦτο μετέπειται, εἰς τὸν θρησκείαν. Gesnerus verit, Virginem, Gillius qui ultra Eunuchi sunt vita Deo magis conciliat: concupiscentia vero, & impurior cogitatio, quamvis non errumpens, abducit. Liberius, sed tamen expresso sensu. Nazianzenus Oratione funebri in mortem patris, ἡ διάβασθαι, ἀμαρτίαν τοῦ θεοφόρου: Una mors, peccatum est enim anima interitus. Idem oratione in illud, Quum consummasset Iesus hos sermones, τὰς ἀμαρτίας διάβασθαι, ψυχὴν. Omne peccatum est mors anima. Hilarius in Psal. 18. litera Gimel, Peccata opprobrio sunt digna, & idcirco peccatores exsurgent in opprobrium semper. Quod autem peccata omnia opprobrio sunt digna in Evangelio discamus: tum cum Dominus exprobaret illis ciuitatibus caput, in quibus plures viri eius effecta essent, nec penitus sent Corazin & Bethsaida. Sixtus tertius Episcopus Romanus, de Malis doctoribus, & Operibus fidei, demonstrandum suscepit, Non solum impietatis crimen, verum & qua minima videntur esse delicta, non etiam testimenti definitionibus condemnari. Tum ita disputat, Quod ergo minimum putamus esse peccatum? Credo illud, quod dum prosuepar uitatis despectione contemnitur, per negligentia vitium à nobis sapientia exerceatur. Quod tamen illud est? Ego aliud, quod aut leuius iudicemus, aut crebrius incurramus, non inuenio, quam aut oratione sermonem dicere, aut fratrem quemlibet fatum vocitare. Hac namq[ue] sat modica, & exigua videntur esse delicta. Nunc ergo cuiusmodi de supplicio censeantur, attentius consideremus, ut ex inferiorum meritis, quæ ampliorum sit mensura, noscamus. Dicam nempe de illo, qui otiosi sermonis reus est: Pro ornati sermone otioso quæcumque dixerit homo, reddet Deo rationem in die iudicij. Quia extra iudicij examinationem culpa esse iam possit, penitus non inuenio, quandoquidem nec otiosi sermonis noxiam in ultimam fore prescribitur. De illo autem, qui fratri suo stultitia, conuictu exprobauerit, quid censeat andiamus. Qui dixerit fratri suo Fatue, reus erit gehenna ignis. Si igitur gehenna ignis reus erit, qui fratre suo fatui est loquutus, quod peccati est, quod extra gehennam esse possit, legitimis arbitrio derelinquo. Ego in primis ex minimis maiora perpendo, & ex paruis ampliora concio. & nullam impenitentiam culpam fore existimo, quando nec qua leuiora existimantur, multa reperiuntur. Hac sane Sixtus. Theodorus Abucara de quinque inimicis mortis, εἰς τοὺς τρεῖς, τοὺς τέσσαρας, διάβασθαι, Omne peccatum, etiam minimum, mortem infert.

XVII. Gerson non dixit obiter, sed disputauit ex professo in opusculo de Vita spirituali animæ lect. 1. Omne peccatum, pro quanto est offensa Dei, & contra legem eius aeternam, est de sua conditione & indignitate mortiferum secundum rigorem iustitiae, & à vita gloria separatum. Ratio est, quia omnis offensa in Deum potest in se à iusto iudice puniri pœna mortis, tam temporalis quam aeterna: immo annihilationis pœna. Est igitur de se mortifera. Assumptum deducitur ex hoc, quod nulla pena talis est ita mala, quantum mala est ipsa offensa. Et ex alio: quod potius toleranda esset omnis mors penalis, & annihilationis, quam committenda esset quantumlibet parua offensa in Deum. Da oppositum, iam offensa Dei, licet fieri deberet in casu. Preterea qualibet offensa Dei nisi remitteretur, repellere à gloria Dei perpetuo, & absque termino puniretur: alioquin maneret decus culpa sine decoro iustitiae: quod autem offensa dimittitur se remittitur, est ex pura liberalitate Dei remittentis, & non amplius imputante. Paulo post, Ex radicibus argumentorum videtur est sufficienter deducendum, quod omnis offensa Dei est mortifera ex sui conditione, & in dignitate. Inde corollarium primum, Nulla offensa Dei est venialis dese, nisi tantummodo per respectum ad diuinam misericordiam, qua non vult de facto quamlibet offensam imputare ad mortem, cum illud posset iustissime. Et ita concluditur, quod peccatum mortale, & vniuersale in esse tali non distinguuntur intrinsecus, & essentialiter, sed solum per respectum ad diuinam gratiam, qua peccatum istud imputat ad peccatum mortis. & a illud non.

FINIS LIBRI SEXTI.

LIBER SEPTIMVS. De PRÆDESTINATIONE.

Caput Primum.

DE PRÆDESTINATIONE.



ACTENVS de Hominis corruptione Reparatio, est eiusdem à miseria vindicatio, & restitutio in meliorem statum: quo vocabulo vñus est Petrus Act. 3. vñque ad tempora aποκαταστασis, restorationis, sive restituções omnium. Sed vt videtur latius, quam vt peculiarter assignetur hominibus.

II. Itaque magis proprie, quæ hominum restau-

ratio est, dicitur Salus. 1. Petr. 1. Reportantes finem fidei vestra, των εἰς τὴν Ιωάννην, salutem animarum. Ad Hebreos cap. 1. Proprius eos qui possessorum sunt salutem. Quinto, Factus est causa salutis aeterna. Vocatur etiam Redemptio. Luc. 1. Et fecit redemptions. iωάννην εἰς τὸν λαόν τοῦ populi suo, Ad Roman. 8. ἐπελέγεται τῷ σώματος ἡμῶν, redemptions corporis nostri. Item Adoptio, sive Adoptionis in filios. Ad Galat. 4. Ut adoptionem οὐδείστερα acciperemus, Ad Eph. 1. Prædestinavit in adoptionem filiorum.

III. In

III. In hac hominis Restauratione, considerandæ sunt primum causæ, deinde Natura. Causarum autem alia prima, summaque, alia subordinata, quæ etiam Media dicuntur. De illa primum negotium.

IV. Primam, summamque humanae salutis causam esse dicimus Dei voluntatem, quæ omnibus rebus causa est, essendi ut ita loquar. Et, quia voluntas Dei in dispensandis creaturis Prædestinationis dicitur: hæc autem restauratio ad eam dispensationem pertinet: Ideo rursus, Primam causam humanæ restorationis esse dicimus Prædestinationem æternam.

V. Sed quia eadem dispensatio comprehendit non restorationem tantum hominis, sed etiam damnationem, hinc factum, ut primo voluntas Dei distincta sit in Gratiam; & Iram. Ut Gratia significet propitium illum voluntatis diuinæ aeternæ, quo quosdam complectitur: Ira vero, actum illum, quo alios auersatur. Illa etiam amor dicitur: hæc vero odium. Ioannis 1. *Gratia & Veritas per Iesum Christum.* Ad Roman. c. 3. *Iustificamur gratia, eius gratia.* Quinto, *Commendat ihu iours a juxta Iu, suum amorem, vulgo, suam charitatem Deus, Ioan. 3; Ira Dei manet super eum.* Ad Ephes. 2. *Natura filij ira. Ad Roman. 9. Esau odio habui.*

VI. Eadem ratione, Prædestinationis distincta in Electionem, & Reprobationem. Ad Rom. 9. *ixue iexoy lu 18 Ois wé d'isou, Propositum Dei secundum Electionem. Et 11 Reversatio secundum Electionem gratia facta est.* Posterioris ad Corinth. 13. *Nisi forte reprobri es.*

VII. Sed de hac Prædestinatione controversia magna est inter maximis, infinitis obsita difficultatibus: & vere, inquit, Altenstaig, Hydræ instar: soluto n. nodo uno, alij se se innumerabiles, quasi consulto implicant, nunquam, & nusquam quiescente humani ingenii superbissima curiositate, que se se regulam veri a falsi, & qui arque in qui confitens, nihil admittit, & sibi non paret exploratissimum. Et tamen in temporalibus non paucis cœurrenti, quid mirum si pleraque in æternis sunt penetrauim impossibilis, ne dum difficultia? Habit certe Deus lumen *angorit*. Ut se Scholastici, atque adeo Papistatum quatumcunque est, purgare nequeant infinita temeritatis criminis. Quorum nos exemplo teritos opere pretium est innouare preces ad Deum, ut qui nos voluit modestæ veritatis partes tueri, ne finat vera modestia fines transgredi.

VIII. Catholicorum confessio hæc est ex articulo 12. Gallican. confess. *Credimus ex hac corruptione, & damnatione uniuersali, in aucto omnes homines natura sunt liberi, Deum alios quidem eripere: quos viselicit aeterno, & immutabili suo consilio, sola sua bonitate, & misericordia, nulloque operum ipsorum respectu in Iesu Christo elegit. Alios vero in ea corruptione, & damnatione relinquere, in quibus, nimis iuste suo tempore damnandis iustitiam suam demonstrat, sicut in aucto diuinitas misericordia sua declarat.* Nec enim alij alios sunt meliores, donec illos Deus discernat ex immutabili illo consilio, quod ante seculorum creationem in Iesu Christo determinauit: nequo posset quisquam sua vi sibi ad bonum illud, adiutum patere acere: cum ex natura nostra, ne unum quidem rectum motum, vel affectum, seu cogitationem habere possimus, donec nos Deus gratis preueniat, & ad rectitudinem formet.

IX. Eam doctrinam plenius exposuerunt Calvinus Institutionis li. 3. c. 21. 2. 3. 4. & tract. de aeterna Dei Prædestinatione, & Kespionage ad Nebulonis Calumnias. Beza in summa totius Christianismi. Et contra Sebastianum Castellionem, & tractatione absolutissima de Prædestinationis doctrina. Et in Actis Colloquij Mompelgardensis. Hieronymi Zanchius in Confessione de Prædestinatione. Et libro de Natura Dei, c. 2. Petrus Martyr in ad Roman. Polanus Syntagma Theologici lib. 5. cap. 7. Nos istis axiomatis comprehendimus, quicquid ac sequentes controversias videtur esse æquærr.

X. Prædestination generaliter est Prudentia Dei, qua res singula distinuantur ad certum finem, certaque media ad eum finem deducentia. Sic prædestinatus est mundus, ut tandem igni consumatur, prædestinata est terra, ut hominum in seculi habitacioni, prædestinata crux, ut Salvatoris morti inservieret, prædestinatus Ioseph, ut patri, fratribusque fame labotantibus esset auxilio.

XI. Itaque ut Prudentia, sic Prædestination falli non potest, omninoque oportuit Iosephum in Egyptum venire, & subleuare patris inopiam. Oportuit idem non gladium, non laqueum, non ignem, non vandas, non lapides, sed solam crucem subseruire nostræ saluti.

XII. De eventibus Prædestinationis idem iudicium, quod de Prudentia; ut neque contingentia, neq; libero arbitrio, neq; naturæ rerum opponatur: nam reuera, et si prædestinata crux erat, ut inservieret morti Christi, tamen contingenter id cuenit: similiter et si prædestinatus erat Paulus, ut crederet in Christum, ramen libera voluntate credidit. Denique, neq; prædestination contingentiam, libertatem, naturam, tollit, neque contingentia, libertas, natura prædestinationem abrogant.

XIII. Prædestinationis in alterutram partem, nulla causa est superior Dei voluntate, omnia sapienter, iusque disponentis, referentilque ad suam gloriam, quam habet pro ylmo, summoq; fine ac scopo, cui ceteri omnes labordinetur.

XIV. Sed ad implendam, exsequendamque prædestinationem concurrunt media, quæcumque Deus constituit: nec enim hominem yllum seruari, aut damnari simpliciter, & absolute certum est, aut duntaxat ob eam causam, quod ita Deus voluerit.

XV. Quare diligenter distinguendam summam causam, tam electionis, tum reprobationis, à subalternis, mediisque, ut neque haec illam impediatur: neque illa has tollat. Sed & caendum ne mediis summa causa, vlo modo subiicitur, quasi aut aliqua ratione dependeat, aut eventuum suorum certitudinem accipiat. Imo potius, ut media intelligentur concurrere, quia primæ subjiciantur.

XVI. Rursus hæc cause mediæ, faciliores sunt conceptu, & intellectu, utpote magis ad nos accedentes. Illa vero summa tota in Deo, nobis abscondita: adeo, ut cum ad eam disputando peruenisset Paulus ad Roman. c. 9. non putarit ulterius satis faciendum humanæ cœi iustitiae pruritum: led importune obstrepentem audaciam serio coercuit. Imo vero, inquit, *Ohomo, tu qui es, qui ex aduerso responsas Deo?num dicet fragmentum fictori, cur me talem fecisti?*

XVII. In mediis ad exequitionem, magnificissime eluet infinita Dei, tum iustitia, tum misericordia Nam Reprobationis quidem sub alterna

Tom. III.

causa, peccatum. Nemo enim unquam, aut damnatus est, aut damnandus non peccator, ac proinde qui in seipso, imo & a seipso non habuerit iustissimam damnationis causas. Ex Angelis nemo, nisi actu rebellis in Deum. Ex hominibus nemo non peccato mancipatus, sive originali sive actuali.

XVIII. Hominum tamen pereuentium sunt ordines duo. Alij postulati deserti in naturali corruptione, ignorantiaque diuinæ veritatis, ut plurimi infantes, denati extra Ecclesiam: plurimi rursum in meta infidelitate confessentes, nunquam oblato veritatis, vel sono, ut Tyri, & Sidonij Matthæi 11. ut Ethnorum turba infinita, hodieque Mahometanorum, atque aliorum infidelium, ad quos Euangelij vox non peruenit.

XIX. Aliis vero se se Deus communicat, oblata veritatis cognitione, per Euangelij prædicationem, plus minusve: ita ut pars, audiant, & statim respuant, imo & animose persequantur, ut Iudei, qui Christum occiderunt, Ethnici qui Christianos omni tormentorum genere cruciarunt. Pars, ita mouentur, ut conuerzionis speciem pre se ferant: ut non sinere, sive ad tempus dunxerat, ut postea ad vomitum redeant: sive in omnem quidem vitam, sed cum fôdis moribus. Et hi sunt ad damnationem gradus.

XX. At ex infinita peccatorum, ac proinde alias merito damnandorum massa, pro suo arbitrio Deus, quosdam signat, nominatque, & elegit ab æterno, & destinavitque æternæ saluti. Hos nondum natos, amare dicitur: & quidam amore certissimo, nunquam in odium vertendo. Implenda auctor vocationis gradus habet, sive media, primo Christum, cuius absque respectu, nemo unquam, aut seruatus est, aut seruandus.

XXI. Deinde Vocationem, quæ quibusdam signis externis distinguunt ab infidelibus fideles: Sic tamen ut non sint ea sola, sed coniuncta internæ operationi Spiritus Sancti, quem qui non habet, esse Christi negat Paulus ad Romanos octauo. Vocantur autem suo tempore, alij citius, alij serius, & vocantur sequuntur: atque ita in generatur eis fides, penitentia, sanctificatio, perseverantia, & reliqua. In adultis tamen Nam in infantibus alia ratio: quorum tota vocatio in gratiâ fecit: cuius ita sunt participes fratres parentes, ut simul includatur semen, ex solenni formula, *Ero Deo tuus, & semini tui.*

XXII. Hæc est Catholica doctrina, Papistarum non est una omnium. Longe enim abeunt, non tantum a Catholicis, verum etiam ab aliis. Sed distinguenda sunt controversiarum capita. Primū, sive Prædestination, intellectus diuini actio, an potius voluntatis. Secundum sive communis electionis, & reprobationis. Tertium, sive eius causa aliqua præter Deum.

XXIII. Scripterunt his de rebus Papistæ mihi cogniti. Lombardus dist. 40. lib. 1. & seq. dub. postque eum infinita Scholasticorum turba. Thomas part. 1. quest. 23 & 24. Et in summa de Veritate, Mater. a sexta. Io. Ant. Delphinus de Salutari progressu lib. 2. Ioannes Driedo tom. 3. lib. 1. Pighius de Libero arbitrio, lib. 7. Conrad. Klingius Locorum communium c. 6. Ioan. à Bononia de Prædestinatione ac Reprobatione. Bellarminus de Gratia & Libero arbitrio lib. 2. cap. 9. & seq. Gregor. de Valentia, de Prædestinatione, & Reprobatione. Et Commentarium in Thomam part. 1. disp. 1. quæst. 2. 3. Vñques disputationibus in eandem. Franciscus Suares de Deo Trino, & Vno tract. 2. Martinus Beccanus opus, 1. 2. 3. Salmero disp. 2. 2. part. lib. 1. in Epistolam ad Romanos. Et disputatione 20. 21 & 22. lib. 1. Ioan. Arboreus Theosophia lib. 14. c. 7. Didacus Aluares de Auxiliis diuinae gratiae lib. 5.

C A P. II.

Prædestinationem esse actum voluntatis.

I. IN prima Controversia, Prædestinationem Papistarum alij referunt ad intellectum. Nam Gregorius de Valentia definuit, nihil aliud esse, quæ diuini intellectus operationem, & in ea operatione propriam prædestinationis rationem consistere: quamquam ei coniungatur operatio voluntatis: quæ quod ante prædestinatum est, exsequatur. Klingius eandem facit partem præcientis, codem, ut videtur, sensu. Belarminus, eius voluntatem non renicit, tamen ad intellectum magis pertinere pronunciat. Aluares, Prædestinationem essentialiter, & formaliter consistere in actu intellectus, quamvis antecedenter supponat actum voluntatis.

II. Alij diserte referunt ad voluntatem. Delphinus, Prædestinationem sumi pro aeterna illa præordinatione, qua diuina voluntas præordinavit ex aeternitate aliquos. Ioannes Arboreus: *Esse Dei voluntatem, quæ alij quos ab aeterno prædestinavit.* Et, ne omnes colligam, Salmero lib. 1. in Epistolas Pauli, p. 2. disp. 2. *Prædestination est propositum Dei, & beneplacitum erga quosdam.* Ioannes à Bononia, *Prædestination est ordinatio creature rationalis per media congrua ad vitam eternam,* procedens à libera & gratuita voluntate diuina. Sc. in 1. dist. 40. *Prædestination, inquit, aperte sumta, dicit actum voluntatis dinice.*

III. Atque isti in alteram partem discesserunt. Suares vero capite 17. libri primi de Prædestinatione, ambiguus est. Enumeratis enim tribus opinionibus illorum, qui ad intellectum, & qui ad voluntatem &, qui ad virtutemque referuntur: ipse tandem nihil certi concludit: *Hæc controversia, inquit, multum habet de usu vocum seu de nomine: & ideo unicuique liberum relinquitur, ut loquatur prout libuerit: omnes n. relat. & opinione probabiles sunt.*

IV. At nos, si de verbis agatur duntaxat, non libenter pugnabimus. Sed altius se se vulnus penetrat: nam si non est voluntatis, omnino nihil habebit, quo appellari possit decreatum. Nam decretum omne est voluntatis, quod ipse potest vsus docere. Nam & Reges sua edicta, & morientes sua testaments, dicunt esse suam voluntatem: nec aliunde agere nominata. Imo in Concilis decernentium vox est, *Placet.* Itaque definitus, propriæ prædestinationem esse actum voluntatis diuinae, quæ tamen intellectum supponat, ut semper: adeo ut distinguiri tantum possint, nunquam separari. Nam ideo Paulus, quos præscivit, eos Deum prædestinasse dicit, ad Romanos octauo.

V. Argumenta nobis ista. Primum à Scriptura. Ad Ephes. 1. *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum, in ipsum, secundum propositum voluntatis sui.* Melius Graece, *τινα επιδοκει την θεωριαν της αγαγειν.* Beza, *Pro beneficio affectu voluntatis sua.* Syrus, *Et per charitatem nos ante destinavit sibi, & posuit filios in Iesu Christo, sicut placuerat ipsius voluntati.* Thodoretus, *Præscivit nos, & dilexit, & nostram vocationem præconstituit.* Et post. Secundum propositum voluntatis sui: hoc enim, inquit voluit, hoc ei placuit. E. vobis.

et enim solet ponere Scriptura pro beneficio afficiendi voluntate. Chrysostomus, τοι ευδοκια τοι θεληματοις επιστοι, μη το σφραγιδηνην ειπεναι αυτοις αις αις τοις επιστοις, ωντι εισι πανταχοι ειπεναι, το θελημα εισι τοις εγγραφοις. Secundum beneplacitum voluntatis sua hoc est, quia vehementer voluit Hoc ut ita dicam, desiderum eius erat: Nam ubique in domis, est voluntas precedens. Et paucis interiectis, ευδοκια εν τοις επιστοις θελημα, φροντιστο σφραγιδηνην επιθυμιας θελημα, ο εφημων εγδυθειστος επιστομα, και καινοτεροι λιτεταις επιστομαις αποφενεις ενεκεν γονια φελιξεσεων ο λιγανδρινοις πειροις, και τοις επιστομαις ικανοτεροις, σφραγιδειστοις, σφραγιδηνην επιστομην την επιστομην την επιστομην. Igitur δοκια, primam voluntatem dicit, vehementem voluntatem: voluntatem cum desiderio: quod apud nos (non enim contaboy etiam vocabulo uti recentiore) ut simplicioribus res sit facilior) quod, inquam, nos dicimus πειρηνα. Secundum πειρηνα nostrum, hoc est, vehementer desiderat, vehementer concipiunt salutem nostram. In eandem mentem Oecumenius, ταυτη πειρη επιστομη εις ειμας διεπομενη εδει, παλιον ιστορηθη, και σφραγιδηνην επιστομην εχειται ταυτη επιστομη. Hac omnia fecit erganois, nibil ob aliud, quam, quia voluit, ε. Vehementer concupisit gratias saluare eos qui sunt in terra.

VI. Kursus eodem capite Paulus, *In quo electi sumus, cum essemus predestinati secundum propositum eius, qui omnia efficit ex consilio voluntatis sua.* Vbi Syrus illud dicitur, secundum propositum, veritatis sicut ante designauit, & voluit. Thomas Ponit voluntariam Dei praedestinationem, de qua dicitur ad Romanos octauo. Quos praedestinavit hos & vocauit. Cuius quidem praedestinationis ratio, non sunt merita nostra, sed mera voluntas, propter quod subdit: Secundum propositum eius. Ad Romanos nono. Scimus quoniam diligentibus. Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quod autem secundum propositum praedestinauerit, probat, quia non solum hoc, sed etiam omnia alia quae Deus facit, operatur secundum consilium voluntatis sue. Psalmo. Omnia, quatinque voluit Dominus, fecit. Et saepe. Consilium meum stabit: & omnis voluntas mea facta. Non autem dicit secundum voluntatem: ne credas quod sit irrationabilis; sed secundum consilium voluntatis sue, id est, secundum voluntatem suam, quae est ex ratione: non secundum quod ratio importat discursum: sed secundum quod designat certam & deliberatam voluntatem.

VII. Secundum argumentum: Omnis amor, omneque odium est actus voluntatis. At prædestination est, vel amor, vel odium. Ergo prædestination est actus voluntatis. Maior per le pater. Minor probatur. Ad Roman. 9. Nondum natus pueris, cum nihil fecissent boni vel mali, ut propositum Dei, quod est secundum electionem, non ex operibus, sed ex vocante maneret, dictum est ei: Maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau vero odio habui. Nam hic agi de Prædestinatione argumento est, propositū quod nominatur. Ergo prædestination Iacobi dicitur amor: prædestination Esau, dicitur odium.

VIII. Tertium, Si prædestination est secundum propositum, ergo est actus voluntatis. Probatur antecedens, ex iā recitatis Pauli locis. Probatur consequentia. Nam propositum est actus voluntatis. Altenstaig in dictatione de Prædestinatione, *Propositum nihil est, nisi velle aliquid facere: unde ille proponit, qui firmiter vult aliquid facere: propterea idem paulo post, Prædestination dicit aliquem firmiter velle facere.* Thom. 2. 2. 88. art. I. *Propositum est actus voluntatis deliberaçæ.* Et sic Scripturis Act. II. Horiatius est omnes ut & Hæc preposito cordis permanenter: Act. 27. Vissi sibi proposito compotes, hoc Syrus verrit: quod peruenturi essent iuxta voluntatem suam. Act. 19. *Propositum Paulæ in spiritu.* Ad Rom. I. *Proposui venire ad vos, Syrus, Volui venire ad vos.* Quod si verum est, & verum esse quis, Paulo asserente, negabit? Sive-
rum est, Prædestinationem fieri secundum propositum: & propositum esse voluntatem, imo firmam voluntatem: omnino certum, prædestinationem fieri secundum voluntatem: & firmam voluntatem. Est igitur actum non nullus intellectus, sed potius voluntatis.

I X. Quartum, Providentia diuina est voluntas. At Prædestinatio est prouidentia. Ergo Prædestinatio est diuina voluntas. Probatur maior Damascenus Orthodoxe fidei lib. 2. c. 29. Πρέσβειον της βαθύτερης Θεοῦ διῆν πάτερ της οὐρανού, τὸ πρόσωπον τοῦ θεού τοῦ λαυρίσματος. Providentia est voluntas Dei, per quam omnia conuenientem deductionem fortinatur. O Θεος πάτερ, οὐ πεινεῖς καὶ πεστεῖς καὶ οὐ πεινεῖς καὶ οὐ διώχεις, οὐ συνεκτικής πεινούσκης αἰσθάνεσθαις θεάσαις. Deus igitur est. & factor, & prævisor: atque eius creatrix potentia, & conservatrix, & prouidens, est eius bona voluntas. Minor a. constat ex aduersariorum confusione. Bellarminus, Prædestinatio, inquit, est prouidentia Dei quae certi homines ex massa perditionis in vita diriguntur eternam. Et dicitur prouidentia: quoniam prædestinatio est species prouidentia: & rectissime ponitur genus intentionis bona definitionis. Et ante Bellarminum Bielin dist. 40 i. sent. Patet quod Prædestinatio est quasi species prouidentia. Nam prouidentia Dei, est omnium gubernandorum: prædestinatio solum respectu beatificabilium.

X. Quintum ex testimonio Veterum Augustini & Fulgentij. Altenstaig, scriptis ab Augustino Prædestinationem definiri. *Divina voluntatis per gratiam electionem. Suares de Prædestinatione lib. i. c. 7 Diuus Thomas, Alesensis, & sere omnes Scholastici, referunt ex Augustino, libro de Prædestinatione Sanctorum, quod Prædestinatio sit propositum miserendi. Quia tamen verba in Augustino formaliter non reperiuntur: sed inde sumpta videntur, quod preparatio idem videtur esse quod propositum.*

XI. Nihil tamen opus conjecturis. Nam Augustinus Prædestinationem constanter recessit à Bonitate, Gratia, Misericordia, Iustitia, quas voluntatis esse partes quis nescit? Enchiridij c. 100. Ad eorum damnationem, quos insitè prædestinavit ad pœnam: & ad eorum salutem, quos benigne prædestinavit ad gratiam &c. tract. lib 1 c. 9. De gratia Dei, quas suos elecitos prædestinavit. De Cœitate Dei lib 15. c. 1. Gratia prædestinatus, gratia electus, gratia peregrinus deorsum, gratia ciuius sursum. Ad Petrum Diaconum (quanquam fulgentij opus est potius) c. . Illuc Christo regnabant, quos Deus gratuita bonitate sua prædestinavit ad regnum. Hypogn. 6. Quos præscit misericordia sua gratuita preparat, id est, prædestinat ad aeternam vitam.

XII. Fulgentius ad Mominum libro primo, non solum gratiam, misericordiam, bonitatem, nominat, vt Augustinus, sed etiam diferte voluntatem, virumque, inquit, predestinando Deus preparauit, in illa immutabili voluntate. Potuit, sicut voluit predestinare, quosdam ad gloriam, quosdam ad paenam. Hac est in sanctis causa predestinationis diuinae, preparatio scilicet iustificationis & adoptionis indebita, quam quia non merebatur, voluntas hominis mala, non

XIII. Acc^e Theophylaci. in 8. ad Rom. & in illud, Quos prescivit, has & predece^serant. Predece^sationem velim intelligas, optimam Dei & immutabilem

*voluntatem. Bonavent. in 1. dist. 40. art. 1. q. 2 Cum prae destinatio significet dñi-
nam essentiam, ut causam gratia, & gloria, & hoc secundum ordinatam distributionem gratia & gloria: quantum est de se non tantum importat scientiam sed etiam voluntatem & potentiam. Sed quoniam causalitas gratiae & gloria attribuitur proprio voluntati vi efficieti: sed scientia ut disponens, & potentia ut exsequenti: ideo et si p[re]destinatio importet illa tria, tam[en] principalius est in genere voluntatis.*

C A P. III.

*Argumenta Papistarum, ad probandum non esse prædestinationem
Actum voluntatis.*

I. C^{on}tra est ergo Catholicorū sententia. Aduersariorum argumenta sunt
Capud Bellarminum, & Suarez, & Aluarem. Primum à nominib. tum
Græcis, tum Latinis Nam ~~et ceteris~~, quid est nisi prædefinire ac prædecernere?
Et Latinum Prædestinatione, id videtur, quod prædeterminare, sive præordinare.

II. Imo infelix est Grammaticatio. Nam ea nomina pertinent ad voluntatem: significantq; certum consilium decretumque alicuius rei facienda. Glossæ Veteres ῥ̄ ὅ̄γ̄ω distingunt, ut alias dicatur *co* *mp̄a* *l̄uḡan*, alias *co* *rb̄a*. Et de loco quidē nihil est quod nunc satagamus. Illud *in πέριγματι*, magis ad rem. Hoc ergo interpretantur, *constituo*, *statuo*, *instituo*, *censeo*. Et alibi. Decernere, *πικάρειν*, *σέλον*. Fauorinus disertior, *σέλζα* *περιεργώς*. *πικάρειν* είτι *διαρειν*, *πελλά*. *ιφεμα*. *διερχέσθαι*. *πρόγραμμα*. *πικάρειν*. *πικάρειν*. *σηματίω*. Ut autem de Glossis ambigere quis possit: certe Fauorinus manifeſte stat à partibus voluntatis.

III. Consonant Scripturæ. Act. II. τὸν Ἰακωβὸν, καὶ οὐκ ἡμέρας περιπολεῖται, ὁ
εἰδὼς ἵκανος τὸν τόπον τοῦ εἰδούσου. Discipuli, inquit Vetus Interpres,
prout quis habebat, proponerunt in ministerium mittere. Longe melius Beza,
Singulare a. discipulorum prout cuique suscepit, decreuerunt subsidio mittere. Nā
& Syrus **וְשֶׁבֶת** decreuerunt interpretib. Tremellio, & Bodetiano. Luke 22.
Filius hominis abit, **וְשֶׁבֶת**, secundum quod definitum est. Certum au-
tē, Christi morituri consilium non fuisse actum solius intellectus, sed plenū
voluntatis decretum. Sic alias. Imo Act. 2. **וְאַתָּה** בְּאַתָּה, Syrus vertit, ex pra-
ficiencia & voluntate: nimisrum quia ita significatur, præcedenti intellectui
voluntatem acquiscere, ut fiat decretum. Inde quis non videt, facile, quo
sensi dicatur **וְשֶׁבֶת**?

IV. Porro Latinam vocem prædestinare, cum dicunt esse præmittere, quid habent in animo? Apud Beccanum legi destinare sumi pro mittere, Ex 1. Macchab. i. destinauerunt aliquos de populo, & abierunt ad regem. At id non solidum est, sed perfidum. Locus habet alter, Destinauerunt aliqui de populo, id est, induixerunt ipsi in animum suum: nam Grace est, & si diximus n*isi* dicitur te & lex: quod non potest sonare, destinauerunt aliquos: & multo minus miserunt aliquos. Quod si falsum, destinare sumi pro mittere: ergo fallum prædestinare esse præmittere.

V. Hoc multo verius, ex vero vſu Latinorum Destinare, significare actū voluntatis, apud se constituentis aliquid in futurum. Æneid. 2. *Me destinat are, id est, apud se statuit me in sacrificium offerre.* Tuteul. 1. *Ad horam mortis destinatam;* id est, certo consilio sive decreto constitutam. Suetonius Casare: *De ampliando imperio plura ac maiora in dies destinabat.* Nonius interpetratur emere, ex hoc veriu, *tribus in libertatem milibus destinet:* Non recte meo iudicio. Aut enim ego fallor, aut significat Lucilius à quo ea verba, Lenonem sollicitatum, ut pretium statuerit trium milium, quo posset scortū obtinere libertatem: qui sensus ad hanc rem nostram facit.

V I. Nec aliter vñus est in libris Santi Latinus interpres. Sapientia 5. Sagitta missa in locum destinatum. βίλης βλαδίτεροι επισκόποι. Ad Philippenses 3. Στρατόν τρόπων ad destinatum persequor. At certe scopus non pertinet ad intellectum, sed ad voluntatem, cuius est ferri in finem & πάντας. Postea ad Corinthi 8. προσδιυτα, destinata voluntatem. Prioris 4. επιδιωκτής, morti destinatos. Postea 9. ικας ο καθάς προσεγγίζεται τῇ καρδίᾳ: unde quisque prout destinauit in corde suo. Certe το προσεγγίζεις pertinet ad voluntatem, non ad nudum intellectum. Mitto infinita alia.

VII. Secundum Papistarum argumentum : à modo loquendi Scripturæ quæ per actus intellectus Prædestinationem indicat. Ad Rom. 8 Quos præfciuit. & prædestinavit: vbi vnum verbum per aliud explicari viderur. Cap. 11. Non repulit plebem suam, quam præfciuit, id est, prædestinavit, vt exponit Augustinus de Bono perseverantiae c 18 & circumstantia literæ exigere videntur. Act. 2. Hunc præfciencia & consilio Dei tradiunt: & tamen c. 4. idem declaratur per nomen prædestinationis. Ad Ephes. 1. Prædestinati secundum consilium. At consilium ad intellectum pertinet.

VIII. Respondeo hos locos nihil probare. In primo ineptissimum lusus est, ex ambiguo, *Quos presciuit & praedestinavit*: quasi & esset copula in *enuntiis*, conne^ctens synony^ma, ut aliquando fieri solet. Nam manifestum, conne^ctere potius hoc loco, diuersos gradus, ut sensus sit, non tantum presciuit, sed etiam prae^destinavit. Agnoscunt enim omnes a Paulo gradationem no-

led etiam praedeterminatio, gloriificatio enim omnes a Fato & adiunctio. Ita
tae Oeconomia salutari, *Quos praeconcepit, & praedestinavit: quos praedestinavit,*
hos & vocauit: quos vocauit hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos &
glorificauit. *Quis non videt, praedestinare, vocare, iustificare, glorificare, nō idē*
significare licet cōnectantur per eandē propositionē? Itaq; I heodoreetus, Nō
dixit simpliciter praedestinavit, sed quos praeconcepit praedestinavit. Sed & Augustinus
de Spiritu & litera, c. 5. Per Spiritū Sanctū diffundit charitatē in cordib. eorum
quos praeconcepit, ut praedestinaret praedestinavit ut vocaret: vocauit ut iustificaret:
iustificauit, ut glorificaret. Nec aliter pars magna recentiorum. Mitto nostros,
Caluinum, Bezam, Piscatorem, Arearium, Oleuanum, reliquos. Papistas
potius induco. Pererius, *Omnino videtur aptior, & planior, & fortior fore proba-*
tio, si illud praeconcepit, significet scientiā approbationis: ut sit hic sensus: Quos Deus
præcognovit, & elegit, ut fierent conformes imaginis Filij suis, eosdem & prædestinavit. Toletus, *Deus hos anteq̄ essent, praeconcepit: & sc̄itos destinavit ab eterno.* Do-
minicus à Soto, *Sensus est: Quos præconcepit simplici intelligentia, hos & adiuncta*
voluntate prædestinavit. Sadoletus, *Præconcepit ergo Deus, quos præconcepit.* Sal-
mero, *Contexit catenam quinq̄ arriculorum: quorum primus est Præcire: secun-*
dus Prædestinare. Iustinianus, *Nam quos admirabilis sua prouidentia ante omnē*
eternitatem approbauit, eosdem incredibili benivolentia prædestinavit, miti-
to alios, nam nemo, opinor, aliter haec tenus exposuerat. Itaque
Beza recte etiam hoc membro pronomen exprefcit, ut in reliquis, *Quos*
praeconcepit eosdem & prædestinavit. Syrus, *Et praeconcepit eos, & obsignauit eos.*
Nam quod Caietanus mysticum quid diuinat in eo quod hic *natus Pau-*

us omittit, quod expressit in aliis membris, fruolum est. Denique perspicuum est, Augustinum atque alios disparare Præscientiam & Prædestinationem. Faustus de Libero Arbitrio lib. 2. c. 3. Apostolus ait, quos præsciuit: & prædestinavit, & conformes fieri imagini Filij sui. Aliud est præscire, aliud prædestinare. Præscientia itaque gerenda præcognoscit: postmodum prædestinatione retribuenda describit.

X. Quod ad secundum locum attinet, solutio est apud Augustinum ipsum eodem capite. Non enim idem statuit esse præscientiam & prædestinationem, sed aliquando illo nomine, hanc significari, Dei dona, si nulla est prædestinatione quam defendimus, non præciuntur à Deo. Præciuntur autem: hoc est igitur prædestinatione quam defendimus. Vnde aliquando eadem prædestinatione significatur etiam nomine præscientia, sicut ait Apostolus. Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit. Et postea, Præsciuit enim reliquias, quas secundum electionem gratiæ fuerat ipse facturus, hoc est, ergo prædestinavit, sine dubio enim præsciuit, si prædestinavit, sed prædestinasse, est hoc præcisse, quod fuerat ipse facturus. Ita facilis nodus. Nō n. si aliquando prædestinatione significatur per præscientiam sicut homo per animal, ideo nulla differentia est inter prædestinationem, & præscientiam: aut etiam prædestinatione æque ad intellectum pertinet; ac præscientia.

X. In tertio loco, & quarto, negatur consilium pertinere tantum ad intellectum. Nam alias, non posset dici οὐτοὶ μηδὲν τοῦτο; destinatum consilium: quoniam ante probauimus οὐτοὶ τοῦτο pertinere ad voluntatem, determinantem ea quæ in intellectu proponuntur. Imo in epistola Pauli ad Ephesios dixisset, Καὶ τὸν Εὐαγγέλιον τὸν τε, Secundum consilium voluntatis sua quod Sophista dolosè tacuit, imo fraudulente recitauit. Non enim, Prædestinatio secundum consilium: sed, prædestinatio secundum propositum eius qui omnino efficit secundum consilium voluntatis sua.

XI. Et vero Consilium, dupli notione dico usurpari: aliquando pro consultatione, quæ pertinet ad intellectum disquirentem in rebus ambiguis, utra pars præstet. Numer. 24. Dabo tibi consilium: Deut. 32. Gens absque consilio est: siue potius consilia. Et alii non paucis locis, Sed & in epistole pro decreto refultante ex ea consultatione, quam voluntas ratam fixam fecerit. Exempla vbi sunt obvia. Actor. 27. Τρέπεται τὸν πόλεμον, statuerunt consilium. Matth. 27. Consilio inito emerunt agrum. Itaque Lucas 23. dicitur Ioseph non cōsensisse, quod sane est voluntatis, Græce enim οὐτοὶ τοῦτο οὐτοὶ consilio & facto Iudeorum. Imo Actor. 4. Τρέπεται τὸν πόλεμον manifeste pertinet ad intellectum: est enim actus intelligendi. Post præscientiam autem ponitur prædestinatione, itaque necessario consideratur tanquam aliis quidem actus: ac proinde non formaliter intellectus. Quare voluntatis potius. Nam haec non tantum est altera facultas: sed etiam præcuntem intellectum supponens. Quæ nulla alia esse potest, quam voluntas. Itaque hinc Paulus aperte docet prædestinationem esse actum voluntatis: contra quam aduersarius præsupponet.

XII. Tertium argumentum: Prouidentia est actus mentis. At prædestinatione est quædam specialis prouidentia. Ergo prædestinatione est actus mentis. Probatur maior ex Boethij 4. de Consolatione prosa sexta. Quia prouidentia est actus prudentiae & rationis.

XIII. Respondeo, primo maiorem non esse certam. Nam antea docimus ex Damasceno, Prouidentiam pertinere ad voluntatem. Et est ista sanius sententia. Nemo enim Paterfamilias dicatur prouidere domui sua, si tantum operatione intellectus nuda consideret apud se, quid opus factum fuerit: & non statim certo, statutoque consilio decernat, quid factum velit. Et ni fallor, ita vobis est apud Latinos, ut diuerso sensu dicant Prouidere: vno, ut significant idem, quod futurum aliquid & ante quam sit factum, videre. Secundo, Cicero, de Diuinatione, Medicus morbum, infidias Imperator, tempestates gubernatora dicitur ratione prouidere. At altero, plus aliquid inferunt, nempe cum iis quæ sic prouidentur, ex certo consilio, decretoque consulinus. Sic Plin. lib. 8. cap. 38. In hyemes prouisum pabulum. Cæsar Gallici bellum lib. 6. rem frumentarium prouidet. Alias tamen alia constructionis ratio. Cæsar de bello Gallico lib. 5. ut rei frumentaria prouideret. Et hæc significatio Latino interpreti Bibliorum vñtratissima, Genet. 30. & quum est, ut aliquando prouideam domum meam, pro eo quod Moses scripsit, Quando faciam etiam ego domum meam? Exod. 21. Prouidebit pueri & nuptias: Iosue 9. 2. 4. Prouidimus animabus nostris.

XIV. Secundo: quid tum si totum argumentum concessero? Neque enim negamus Prædestinationem vlo modo pertinere ad intellectum. Sed negamus, tantum pertinere ad intellectum. Illud hoc fortasse probetur argumento. At hoc minime. Verum est enim supponere intellectum, sine quo voluntas ne considerari quidem queat: sed ad intellectum postea addere operationem voluntatis: qua ratione verum quidem est hominem esse animatum, quia sit animal: sed ut nihil sit nisi animatum, quomodo bruta: hoc vero falsum: addit enim ad animal rationem.

XV. Quartum argumentum: Omnis ratio ordinis essentialiter & formaliter pertinet ad intellectum. At prædestinatione est ordinis mediorum in finem supernaturalem in mente diuina existens. Ergo prædestinatione essentialiter & formaliter consistit in actu intellectus, quamvis antecedenter supponat actum voluntatis. Probatur maior, quia ordinare est rationis, & intellectus. Probatur minor, Act. 13. Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam.

XVI. Respondeo Syllogismum peccare: quia habet quatuor terminos. Nam prædestinatione non est ratio ordinis. Sed est voluntas, quæ res omnes subiicit rationi sui quamque ordinis; & hoc modo est ordinis, id est, pertinet ad ordinem: quia est causa ordinis. Itaque Latinus Interpres haud alio sensu vñtus. Præordinandi verbo, quam ut hanc significet, voluntatem singula disponentem ab æterno Act. 10. testibus præordinatis à Deo: Græce οὐτοὶ τοῦ προφήτου, metaphorâ sumpta à suffragiis populi creantis magistratū, siue designant, quo vocabulo vñtus est Beza, Syrus etiam electos dixit. Sed manifestum est in eo actu non tam intellectus, quam gratia popularis, ac proinde voluntatis fuisse partes. Cap. 22. Deus patrum vestrorum præordinatus te, οὐτοὶ τοῦ προφήτου, Syre οὐτοὶ τοῦ προφήτου constituit te.

XVII. Imo illud ipsum c. 13. Quisquis præordinati ad vitam æternam. Græce οὐτοὶ προφήτου, Syriacē οὐτοὶ προφήτου positi fuerunt. Quomodo nempe τοῦ προφήτου est decernere: vtc. 15. οὐτοὶ προφήτου ascenderunt ut ascenderent Paulus & Barnabas.

Tom. III.

αἰσθάνεται ὁ τέλευτος τοῦ ποίησαν, de omnibus quæ te oporteat facere: melius Beza: de omnibus quæ constituta sunt tibi ut facias. Syrus, quod præcipitur tibi.

XVIII. Iam manifestum est Syllogismi peccatum. Cum enim propositio habeat omnem rationem ordinis, essentialiter & formaliter pertinere ad intellectum: tum vero assumptio, quæ debuit: Atqui prædestinatione est ratio ordinis, tamen habuit tantum: Atqui prædestinatione est ordinis medium ad finem: Ridicule. Nam quid impedit, quominus voluntas sit ordinis ad finem: etiam si non sit ratio ipsa ordinis ad finem.

XIX. Quintum argumentum. Prædestinatione est prima causa omnium beneficiorum, quæ Deus in tempore confert prædestinationis. Ad Roman. 8. Quos prædestinavit, hos & vocavit. At Deus omnia per actum intellectus cauſat, quamvis præfupponat actum voluntatis. Ergo prædestinatione essentialiter & formaliter est in actu diuini intellectus.

XX. Monstrum est ratioinationis. Primum propter αἰσθάνεται, & impudentem terminorum multiplicationem. Nam illud, in conclusione, formaliter, non est in antecedente. Nam si essentialiter tantum diceret, ferremus, ut qui non patiamur distrahi in diuinis voluntatibus ab intellectu. Simplex forma erat: Prædestinatione est prima causa omnium beneficiorum, quæ Deus in tempore confert prædestinationis. At actus intellectus est prima causa eorum omnium beneficiorum. Ergo actus intellectus diuini est prædestinatione. Quæ forma ridebit solet in scholis affirmativa in secunda figura.

XXI. Quanquam lunt etiam in materia, quæ metito exagitentur. Primum intellectum præsupponere voluntatem, absurdum dictum: nam contra debuit voluntas intellectum præsupponere. Sic enim est in anima rationali: de qua solenne enuntiatum est, nihil esse in voluntate, quod non prius fuerit in intellectu. Quanquam prioritas huiusmodi nulla sit temporis in Deo quidem sed saltem ordinis, quatenus videlicet non nisi αἱρεποταθῶς cognoscendus obiicitur. Vnde etis infinitum sit discrimen in re ipsa; tamen simili quadam notione in Deo, & in homine nominatur. Intellectus & voluntas: in homine quidem propriæ facultates animæ rationalis, in Deo vero nullæ facultates, sed tanquam facultates: & distinctæ.

XXII. Itaque Paulus non tantum dixit, quos prædestinavit, eos vocavit, quod solum describunt aduersarij: sed etiam prius, Quos præsciuit, eosdem & prædestinavit, quod consulte putauerunt omittendum: quasi sperantes te dissimulantibus, neminem ammendeturum. Verum res ipsa nimis aperte clamat. Nam præscribere αἴσθανεται manifeste pertinet ad intellectum: est enim actus intelligendi. Post præscientiam autem ponitur prædestinatione, itaque necessario consideratur tanquam aliis quidem actus: ac proinde non formaliter intellectus. Quare voluntatis potius. Nam haec non tantum est altera facultas: sed etiam præcuntem intellectum supponens. Quæ nulla alia esse potest, quam voluntas. Itaque hinc Paulus aperte docet prædestinationem esse actum voluntatis: contra quam aduersarius præsupponebat.

XXIII. Prima, inquit, causa omnium beneficiorum prædestinatione. Reète, inquam: sed quatenus, ut aiebat Bonaventura, comprehendit scientiam, voluntatem, & potentiam Dei: quomodo excluduntur alia omnes causæ, quæ possunt excogitari creatæ: non quidem ut nulla sint, sed ne prima. Verum, si prædestinationem dicas distincte à præscientia, negat Paulus illum esse primam causam: quandoquidem ab ista pendentem proponat. Ni si forte causam dicas, pro efficientia: nam alioquin certum est præscientia non dici proprie efficientiam, ut monebat Bonaventura: & sic aliquo modo dici possit prædestinationem esse primam causam. Sed inde sequitur esse actum voluntatis. Nam ipsa scriptura hanc efficientiam tribuit voluntati. Ps. 115. Omnia que voluit fecit. ad Corinth. 15. Deus ei dat corpus ut voluit. Ad Rom. 9. Cuius vult misericordia. 1 ad Corinth. 12. Omnia hoc efficit unus ille & idem spiritus, distribuens priuatim illa singulis sicuti vult. Deus collocavit membra singula sigillata in corpore sicut voluit. Ad Coloss. 1. Quibus voluit Deus notum facere, quæ sunt diuinitas gloriosi huius mysterij.

XXIV. Sextum argumentum ab autoritate Augustini de Bono perseverantiae. c. 17. In sua quæ falli nequit, mutari que non potest præscientia, opera sua futura disponere, id omnino neque aliud quicquam est, nisi prædestinare. Et 14. Est præscientia & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur. Tum autem haud aliter probat prædestinationem esse, nisi quia in Deo est præscientia beneficiorum Dei his qui salvantur.

XXV. Sed contra paulo ante de sententia Augustini diximus. Itaque dico in primo & secundo loco voluntatem significari. Nam & disponere id significat. Primi Samuelis 23. Quod disponat Saul venire in Ceila, pro Hebreo, querat venire, & Græco, ζητεῖται. Post 10. disposita domus sua. Græco-ιππιανταρτεῖται, ex Hebreo, Imperavit domus sua. Chronicorū poster. 7. Et omnia que disponuerat in corde suo, Græco, πάντα ὅσα ἦθελε τὸ τῆν ψυχῆν αὐτῷ ποιῆσαι. Hebreo. Quicquid venerat in corde suo, facere. Ps. 89. Disposuit testamētum, Hebreo. Percessit fædus. Esaia 38. Dispone domui tua: Græco, τὰς τε τὰς οἰκίας τὰς, Hebreo vero, Impera domui tua. Denique manifestum, in novo Testamento, usurpari pro postrema, ut appellant, voluntate, & testamentaria, quam etiam vulgo appellant dispositionem ultimæ voluntatis: ynde transfcere ad Dei beneficia in fideles, eadem ratione, qua testamentū. Lucas 22. Ego dispono Αγγέλου vobis, sicut die dñe disposuit mihi Pater meus regnum. Actor. 3. τὸν Αγγέλου τὸν διεδέσθη οἱ Θεοὶ, testamenti quod disposuit Deus. Mitto alia. Hoc sensu optime Augustinus prædestinationem descripsit. In prouidentiam disponere: id enim est fancire, constitueret: vt iam concipiās nō nudum actum intellectus, sed certum voluntatis decretum.

XXVI. Eadem ratio alterius loci: nam præparare, quid obstat quominus sit actus voluntatis? Ego sane nō video. Neque n. longe abit a dispositione. Tū autem Exod. 12. nec pulmenti quicquam occurserat præparare. Græco ex Hebreo. οὐδὲ εἰπειται μέντοι εἰπειται των τοῖς, Neque pulmentum fecerant sibi. Sic 25. Quatuor aureos circulos præparabis. Hebreo: facies ei quatuor annulos. Certe facere actus est voluntatis. Nec vero aliter intelligi possunt hæc Pauli Prioris ad Corint. 2. Quis parauit Deus iis qui ipsum diligunt. Nam, præterquam quod de beneficiis sermo est, quæ ne cogitari quidem possunt nisi à certa voluntate prodire: etiam Esaia 64. vnde locus sumptus est, Quæ faciet expectantibus se. Itaque præparare non est nudus actus intellectus: sed est d'ecretum voluntatis destinantis aliquid. Vnde rursus bene Augustinus prævidentiam descripsit, per præscientiam, & preparationem beneficiorum.

DE PRÆDESTINATIONE.

XXXVII. Imo recte etiam à præscientia beneficiorum prædestinationem coclusit. Nam quia beneficia, ut iam dictum, omnino suat à voluntate: profecto non potest cogitari quomodo sua beneficia Deus præsciat per nudum actum Intellectus. Itaq; si præscit & beneficia sua, etiam vult: ideoq; decernit: vnde prædestination, quæ nulla esset, si non esset præscientia. Nimirum, quia alioquin res esset libitanica & *περὶ φατο* ac in singulis dies: non vero ab æterno. Itaq; hæc argumentatio Augustini, non concludit Prædestinationem esse formaliter actum Intellectus.

C A P. IV.

Virum Prædestinationis nomen ad reprobos pertineat.

I. Secunda controværsia erat proposita, vtrum Prædestinationis communis sit electioni & reprobationi. Nam Catholicæ docent Deum ab æterno prædestinasse singulos homines ad suum finem: alios ad salutem: ad damnationem alios: & illorum prædestinationem appellant electionem: horum vero, reprobationis nomine significant.

II. At Papistæ alij negant Reprobationem dici Prædestinationem. Pighius lib. 8. de Libero Arbitrio, cap. 2. Non recte, neque ex usu diuinarum Scripturarum mihi prædestinationem definire Calvinus videretur, cum ipsam eternum Dei decretem facit, quo apud se constitutum habuit, quid de unoquoque homine vellit fieri: atque alii vitam, alii damnationem eternam destinat. Quandoquidem ex Scriptura, & Orthodoxorum omnium usu, prædestinatione reprobationi opponitur: & electorum tantum est: imo ipsa electio. Et confirante videtur alij, qui Prædestinationem vix alter definiunt, quam ut solam comprehendant electionem. Bellarmensis. Prædestination est prouidentia Dei, qua certi ex massa perditionis misericorditer selecti, per infallibilem media in vitam diriguntur eternam. Gregorius de Valentia. Est diuini intellectus operatio, qua rationales creaturae in eternam beatitudinem mediis supernaturalibus certo consequendam dirigitur. Driedo. Est diuina voluntas proponens suo tempore misereri hominis. Sic reliqui. Itaque non supponunt, sed opponunt Reprobationem Prædestinationi.

III. Et sunt tamen, qui agnoscant hanc contractiorem esse significacionem. Delphinus, generalissimam esse Prædestinationem, accommodatam que ad omnes creaturem: se tamen loquuntur professus de Prædestinatione, qua Deus ordinavit homines in suum finem, & hanc ipsam tum in bonum, tum in malum: vt non solum boni destinatur cœlo: sed mali quoque suppliciis eternis: se tamen in bonam partem solum vñscutum eo nomine Salmero similiter disput. 2.2. part. lib. Commentariorum in Paulum agnoscit Prædestinationem sumi in malum. Beccanus eiusdem est sententia, & alij nonnulli.

IV. Cum posteriori isto Papistarum genere nulla nobis contentio. Tū quia agnoscimus, veteres olim sic loquitos: tum quia hi varia distinguant vocabuli significata: atque inde elegant pro arbitrio. Nobis autem non libertate. Et speramus, quandoquidem in re ipsa nihil agnoscant aut incommodi aut absurdii, facile passuros, vt ne in eorum verba iuremus: putemusque nobis æquale licere, generalem vocabuli notionem & surpare, ac illi restrictionem sibi amare permiserunt. Sed prius illud genus confutandum est, qui in rem ipsam grauitate peccant. Est enim eorum sententia, neminem esse destinatum vñlo Dei decreto ad eternum interitum, & ita disputant, Castellio in articulis contra Calvinum: Sanctius in Atheismis: Ioannes à Bononia, omnes homines ordinatos ad beatitudinem: Beccanus etiam, etiæ verbo contra fatetur, tamen re ipsa in eam sententiam disputat.

V. Et de vocabulo quidem primum, manifesta est autoritas Augustini, Enchiridij c. 100. Implet ipse quod vult, bene vñtens & malis tanquam summe bonus, ad eorum damnationem, quos iuste præstinauit ad pœnam: & ad eorum salutem quos benigne præstinauit ad gratiam. De Cuiitate Dei lib. 21. c. 24. Si de aliquibus ita Ecclesia certa esset, vt, qui sint illi, etiam nosset, qui licet, adhuc in hac vita sunt constituti, tamen præstinati sunt in eternum ignem ire cum Diabolo: tam pro eis non oraret, quam nec pro ipso. Pro his enim solis exauditur, qui etiæ aduersantur Ecclesia, ita tamen sunt præstinati, vt pro eis exaudiatur Ecclesia, & filij efficiantur Ecclesia. De peccatorum Meritis & Remissione, li. 2. c. 7. Vt autem innotescat, quod latebat, & suave fiat quod non delectabat, gratia Dei est, qua hominum adiuuatis voluntates: quo vt non adiuuentur, in i. sis itidem causa est, non in Deo: sine damnandi præstinati sunt, propter iniquitatem superbia: sine contra ipsam suam superbiam iudicandi, & erudiendi, si filii sunt misericordie. De Cuiitate Dei lib. 2. c. 10 præstinationem supplicium. Hypognost. 6. His pœnam præstinatingam esse rite fatemur.

VI. Prosper ad capitula Gallorum, c. 14. Præstinatione Dei semper in bono est, aut ad retributionem iustitia, aut ad donationem pertinens gratia. c. 5. Dubium non est sine villa temporali differentia Deum & præfisse simul, & præstinassem, que ipso erant auctore facienda: vel quæ malis meritis iusto erant iudicio retribuenda. Fulgent. lib. 1. ad Monimum in hoc multus est, Nihil aliud accipendum, existimo, in illo sancti Augustini sermone, quo ad interitum quosdam præstinationes firmat, nisi ad interitum supplicij, non delicti. Rursus, Poruit sicut voluit, præstinatione quosdam ad gloriam, quosdam ad pœnam: Sed quos præstinauit ad gloriam, præstinauit ad iustitiam: Quos autem præstinauit ad pœnam, non præstinauit ad culpam. Rursus, Quum causam condemnationis iniquorum, & glorificationis sanctorum querimus, non præstinassem vel illos ad pœnam, vel istos ad gloriam, Driedo c. 1. 3. tom. Præstinationis nomine generaliter accepto, Deus dicitur præstinare hominem ad omne illud quod preuidit se facturum in homine, sine per iustitiam, sine per misericordiam. Et se acceptam præstinationem describit beatus pater Fulgentius. Præstinatione, inquit, Dei nihil aliud est, quam preparatio operum, que Deus in eterna sua dispositione aut misericorditer aut iuste se facturum præciuit. Secundum quam significacionem Deus non sum præstinauit suis electis regnum cœlorum: sed & reprobis præstinauit & preparauit carcerem suppliciorum. Denique citant Sanctius & Beccanus Concilium Valentini sub Lothario c. 3. Confitemur præstinationem electorum ad vitam & præstinationem impiorum ad mortem. Et Isidorus disertissime lib. 2. de Summo Bono c. 6. Gemina est præstinatione, sine electorum ad requiem, sine reproborum ad mortem. Vtraque diuina agitur iudicio.

VII. Sed obicit Pighius. Ad Roman. 8. Quos præstinauit, hos & vocauit:

& quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit, Ergo qui reprobi sunt, & destinati exitio, prædestinatione non sunt.

VIII. Imo negatur consequentia. Nam primo implicatur contradictione in consequente: quia qui destinati sunt exitio, negantur prædestinati. Quod in Deo, qui possit fieri, ne cogitari quidem potest. Nisi φέρεται βέλος quis ei tribuat: quod est absurdissimum: vel certe ab alio destinatio sit, & ab alio prædestinatione: in quo ne mica quidem bona mentis. Vel denique a seipso impiorum & delinentur & prædestinentur: quod quis capiat? Secundo: quemadmodum Paulus dicit, Quos præstinauit, hos vocauit: sic & prius, Quos præscivit, & præstinauit. Et postea, Quos vocauit, eos iustificauit. Itaque si bona est Pighii consequentia: & ista erit bona. Ergo reprobi, & destinati, exitio, non sunt præsciti. Ita etiam: Ergo, non sunt vocati. At vtraque est absurdita. Nam concedunt omnes, Deum p̄t̄scere omnia: imo qui impios prædestinatos negant, præscitos tamen appellant. Christus autem diserte Multi vocati, pauci electi, Matth. 20.

IX. Quid ergo? Nimirum, Paulus non loquitur vñuerter, aut de Præscientia, aut de Prædestinatione, aut de Vocatione. Sed tantum, quoad electos Probatur ex serie. Disputat enim de certitudine salutis, qua electorum est duntaxat: non reproborum, Nouimus, inquit, iis, qui diligunt Deum, omnia simul conferre ad bonum: iis videlicet, qui ex propria ipsius vocati sunt. Nam quos præscivit, & præstinauit. Thesis est, Vtrum certa sit salus. Paulus determinat, applicans iis qui diligunt Deum, & vocati sunt secundum propositum. Affirmat ergo, illis salutem esse certam. Probat argumento à prædestinatione, eiusque progressu ad gloriam usque. Vnde ratio efficiet, nullam esse prædestinationem, nisi ad gloriam.

C A P. V.

Reprobos præstinarunt.

I. Sed de vocabulis facile negotium, si constet res ipsa. Catholicæ docent: In Deo certum esse & æternum decretum, quodam homines reprobandi, adiudicandique æterni supplicio propter peccata eorum. Ideoque reprobationem esse prædestinationem hominum ad æternum interitum. At contra Ioannes à Bononia, Arbitramur Deum, primum hominem, & omnes eius posteros, ea ratione condidisse, vt æterna felicitatis essent futuri participes: eaque omnia dare voluisse, quæ ad beatitudinem consequendam necessaria esse putaret: atque ea quoque omnia remouisse, quæ obstant, quominus ea felicitate potiri posset: denique nullum hominem unquam, non anima aduersis prius eius meritis, à beatorum consortio excludere, atque æternis cruciatis adduci voluisse. Et post, Alterum genus nefariorum hominum ab initio quidem in eo quod ordine prius est, ad eandem felicitatem esse conditum: neque villa ratione ad supplicia, ac multo minus ad peccata fuisse destinatum: peccatis autem iam contaminatum, ad pœnam quoque peccato debitam, iusto Dei iudicio esse seruatum. Et vt magis mirere, hanc adeo vñueralem prædestinationem, quæ omnes homines suo ambitu complectitur, absolutam esse disputat, nec patitur dici conditionalem.

II. Sed Catholicis argumenta sunt. Primum, Quicunque factus est ad diem mali, is prædestinatus est ad interitum. At impius factus est ad diem mali. Ergo præstinauit ad interitum. Huc facit Salomo Proverb. 16. Vñuerat propter semet ipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem mali. Vbi manifesta est assumptio. Ad maiorem autem: Primo dies malus, siue potius dies mali, quid aliud significare potest, quam diem illum, quo pœnas dari sunt impiorum suorum impietatis? Vedit Stapletonus, Antidotis Apostolicis, in 9. ad Romanos, Dies malus, inquit, hoc loco non nisi vindictam iuste illatum significare potest. Et Lyranus interpretatur diem extremi iudicij: addit Dionysius Carthusianus, & extrema ultionis. Consentit Iansius. Deinde, cum dicitur Deus operari, Lyranus exponit præparare. Stapletonus ordinare: Itaque operari impium, condere, facere in diem malum, nihil erit aliud, quam ordinare, & præparare iniquos in diem iudicij extremi. Carthusianus, Reprobos & iniquos condidit Dominus, vt in die iudicij atq; extrema ultionis diuina iustitia in ipsis appareat, quia sunt vas iræ in interitum. Lyranus Vt in reprobis reuceat eius iustitia, sicut misericordia in electis. Hoc vero quid est, si non est prædestinatione?

III. Similis locus ad Rom. 9. Quum proposuisset Paulus, Deum, pro sua voluntate, tum misericordiam, tum indurationem dispensare, subiecit intemperantium grauissimam querelam, Quid adhuc succenget? nam voluntati illius quis resistit? Tum respondens. Imo vero, homo, tu quis es, qui ex aduersore responsas Deo: Num dicet figuramentum fictori, cur me talem fecisti? An non habet potestatem figuris in lutum, vt ex eadem massa faciat vas ad decus, aliud vero ad dedecus? Quid si vero volens ostendere iram, & non tam facere potentiam suam pertulit multa lenitatem vas iræ, & non propter coagmentata, siue apparata ad interitum: Enim uero, tu mihi vide Deum exprimi ceu figurum, qui ex eadē massa faciat, yasa: & quidē talia faciat nempe alia, ad decus, alia ad dedecus. In deinceps appellari yasa ira, id est, καὶ μηνύματα ἀκανθώ· εἰς, coagmata ad interitum, Glossa Veteris καὶ ταργίζω, Statuo, instruo, construo, perficio. Phauorus οἴουσα, πλεύ. Itaque recte Carib. Iansius, in explicando loco proxime citato ex Prouerbiis, haec verba usurpauit. Et Lyranus hunc ipsum locum habeat præ oculis in eodem illo loco explicando: ut deducit Apostolus, inquit, diffuse in Epistola ad Romanos.

IV. Video tamen excipi non nihil ab aduersariis. Stapletonus Vasa καὶ ταργίζω, interpretatur, quæ seipso appetuerint ad interitum. Sed hoc alienum est à Pauli mente. Nam primo, sic faceret figuris vasa tantum, non autem talia vasa. Secundo, nulla fuisset difficultas ratio: & facile respondisset Paulus, in iustissimam, imo absurdissimam esse querelam vasis, quod à fictore quidem esset factum ad honorem: sed à se corruptum & factum ad dedecus. Quæ enim causa accusandæ diuina voluntatis? Neque enim, opinior, quisquam virtus vertit Abraham, quod Esaum generit etiam si fuerit Esaus infidelis. Ratio: genitus enim erat ille non infidelis: imo à patre institutus in fide: sed hæc optima inita corrupit ille sua nequitia. Præterea, quid attinet vitilitigare? Nam, quid tum, si ambigua hæc vna vox esset? At reliqua perspicua.

V. Ioannes à Bononia, Quid est, inquit, vas iræ? nisi homo diuina ira dignus? Illius enim rei vas esse dicitur, qua plenum est. Quid autem, hoc est aliud, quam homo peccato contaminatus? Quare, si Deum nullo modo peccati

peccati esse autorem vniuersa Scriptura testatur, facile cōuincemus, Deum nulla ratione posse vas irae, ea ratione, qua sit irae obnoxium creare.

VI. Respondeo; concedi vas irae esse hominem peccato cōtaminatum: Concedi itē, Deum non esse peccati autorē. Sed primo nego vas irae dici formaliter propter peccatum: sed propter pœnam peccati: imo potius propter efficientē causam eius pœnam, nimurum Dei iustitiam; qua sit dicitur contra peccatum *πειθωναριώς*. Eritigitur vas Deo exosum: ac proinde damnandum. Et si exosum: ergo non *πειθωναριώς*, sed *πειθωτός*, ideoq; prædestinationem. Secundo; non posse Deum vila ratione vas irae creare, ea ratione qua sit vas irae: hoc vero ambigue dicitū: Velenim hominem peccatorum intelligas, qua dici potest ratio, qua est vas irae: quia inde meretur ira: & hoc nemo Catholicorum asserit: vel hominem destinatum irae, id est, reprobatum à Deo, iam ab æterno: & tum falso negatur Deum huiusmodi vasairae create. Nam id contra Paulus afferit, qui à figulo docet vas fieri ad dedecus: nec posse tamen vas conqueri, quare sic fecerit.

VII. Rursus idem obseruari iubet; prius quidem dictum, sigulum posse aliud vas in honorē facere, aliud in cōtumeliam: at vbiad Dominū sermo transfertur, non dici Deum fecisse, sed sustinuisse vas irae; apta ad interitum. Nimurum ita ostendisse Paulum, culpam omnem interitus in ipsis scelerum autores esse conferendam: & opera eorum esse proprii ipsorum arbitrii, & aduersus voluntatem Dei fieri.

VIII. Respondeo: male opponi quæ sunt tantum disparata: utrumque enim verum: & fecisse Deum vas ad dedecus; id est, reprobos: & tolerare eundem eadem vas pro magna misericordia: nam hoc tolerare non pertinet ad prædestinationē æternam: quia sit in tempore: sed ad exequitionem prædestinationis. Utrumque ergo Paulus merito ponit: nec nos debemus ita attendere seriei causalium subalternarum, per quas prædestinationis suum effectum fortitur, ut ipsam prædestinationem tollamus. Culpam omnem interitus in sceleratis esse, non eramus docendi: sed hoc erat potius ostendum: non esse prædestinatos ad interitum, eos in quibus interitus culpa est tota. Nam Catholici quidem ita docent. Ioannes à Bononia non refutat.

IX. Secundum argumentum ex 9. ad Romanos, *Nondum natis pueris, quem nihil fecissent boni vel mali, ut propositum Dei, quod est secundum electionem, non ex operibus, sed ex vocante, maneret, dictum est ei*. Maior seruiet minori: Sicut scriptum est, Iacob dilexit: Esau vero odio habuit: Quid igitur? Nunquid iniustitia est apud Deum? Absit. Nam Moysi dicit: Miserebor, cuius miserus fuero: & commiserabor, quem commiseratus fuero. Nempe igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni, ad hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te potestatem meam; & ut annuncietur nomen meum in tota terra. Itaque, cuius vult miseretur, quem vult indurat. Nota: primum amare & odire, actus esse Voluntatis. Vnde statim: *Cuius vult miseretur: quem vult indurat*. At actus voluntatis esse immanentes, hō transeuntes, ut creare, damnare, & similes. Vnde sequitur utrumq; illum actum, esse ab æterno. Quare necessario colligitur ab æterno amatum esse Iacobum: ab æterno item exosum Esau. Ideoq; destinatum utrumque: videlicet ad salutem illum; ad interitum hunc. Ergo & prædestinatum. Cum prædestinationis nihil sit, quam destinatio ab æterno.

X. Secundo: ab hominibus statim obici, *Num iniustitia est apud Deum?* Cuius obiectio vis nulla: si non supponitur voluntas. Vnde & postea: *Quid adhuc succenserit?* Nam voluntati illius quis resistit? Planus sensus: ex præcedentibus colligi homines alios seruari, alios damnari ita volēre Deo: atque hinc querelā nasci occasionem: quia non possit resisti diuinæ voluntati; vnde dictabat ratio, non debere ergo Deum irasci hominibus, si in iis fiat eius voluntas. Iam vero voluntatē Dei distinguuntur ipsi Papistæ, in beneplaciti, & signi: nos loquentes cū Scriptura in *εὐδοκίᾳ*, & *εὐαγγελίᾳ*. Utram igitur voluntatē Paulus intellexit? Facilis nodus: intellexit enim eam voluntatem, cui non possit resisti. Non ergo *εὐδοκίᾳ*, sive signi: nam huic quotidie relinquantur homines. Non est igitur hæc illa voluntas, quā Paulus intelligebat. Necesse est igitur, ad voluntatē beneplaciti, sive *εὐδοκίᾳ* referre. Hæc a est ab æterno: & necessario significat prædestinationē.

XI. Tertio, ad eam ipsam rem demonstrendam exemplū adferri Pharaonis, *Ad hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te potestatem meam*. Fuit autem hæc potestas offensa in Pharaonis superbissimi tyranni interitu. Et hic ipse Pharaon, ad hoc ipsum excitatus à Deo. *Σύρος, γένηται, feci te surgere*. Moses, *בָּעֵבֶר וְאֹתָהּ*, feci te stare. Quæ vocabula sunt *εὐφαντισμός*. Excitatus ergo fuit Pharaon, sive constitutus, ad hoc ipsum *בָּעֵבֶר וְאֹתָהּ* apud Mosem, propter hoc, sive huius rei gratia. Ergo, tum quum Pharaonem Deus constitueret, hoc ipsum in voluntate habuit, ac proinde destinavit, prædestinavit ad id Pharaonem.

XII. Ioannes à Bononia respondebat duplíciter. Concedamus odium illud, denotare reprobatorum reprobationē, etiam antequam actū peccent: non tamen ideo sequitur ipsum Esau peccasse, non quia voluerit, sed quia sit reprobatus. Absurdissime, inquam. Hoc enim quis disputabat? Omnes certe Catholici concedunt Esau peccasse, quia voluit: neque cōtra quicquam concludunt, aut ex hoc loco, aut ex illo alio. Sed tu tibi proposueras, Ioannes, probandum, neminem à Deo prædestinari illo modo ad interitum. Hoc Catholicī negant: Et Paulum sua veritatis assertorem proficerunt. Hunc tu debuisti ille ripere, tibi vendicare. Quid tum enim, si peccent impii, quia voluerint? An propterea non sunt à Deo prædestinati ad exitium? Hanc nos consequentiā nullam esse dicimus.

XIII. Sed respondet secundo, hoc odium non esse reprobationem; sed minus copiosam benevolentiam erga aliquos, ea quam ostendit in alios. Probat ab ipsa historia, vnde Paulus sumpsit. Genef. 25. *Duo gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex utero tuo dividuntur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori.* Nam, videri Esau odio haberi, seu minus deligi, quum decretum sit, ut fratri minori inferuia.

XIV. Sed hæc interpolatio seipsum sua insulsitate refutat. Primo, quis vñquam intellexit odire, tantum minus amare? Nam quod citat, *Qui non oderit patrem ac matrem, non potest meus esse discipulus*: non id probat; nam, quis nescit, etiam ad odium parentum paratos debere esse fideles pro Dei amore, si ita sit necesse? Secundo, hoc odium in Esau, opponit amori in Iacobum. At, quis vñquam prudens maiorem amorem, minori opposuit?

Tertio, idem odium profert ad illustrandum amorem illum. Hunc autem, ad probandum propositum, secundum electionem, non ex operibus, sed ex vocante, manere. Quod non potuit, nisi ex comparatione contrariorum. Itaque, oportet etiam odium referri ad propositum: sed contrarium esse proposito, secundum electionem. Quarto, nullus locus fuisse querelæ: Nam, quid haber quod conqueratur quisquam, si à Deo minus ameretur, dum ameretur tamen? Quinto, quid verbis opus est, cum clamaret res ipsa? Nam Esau tam alienum à pietate & paterna & fraterna, fuisse tantum minus amatum, & non peræque exosum Deo cum aliis omnibus impiis, quis merito cogitarit, nedum dixerit? Denique, annou hoc Esau exemplo idem probat, quod postea Pharaonis? At in Pharaone, quid est indurare? An est effectus amoris tantum minoris; & non odii?

XV. Intelligo etiam in exemplo Pharaonis nonnullos nihil nisi temporale admittere, ut exponant illud, *Vt ostendam in te potestatem meam*. Et habent sane ex Veteribus nonnullos suffragatores. Sed hoc miror cuicunque potuisse in mente venire. Nam primo, negent-ne regem, & crudelē, & idolatram damnatum fuisse? Secundo, quo referent indurationem? Et quidem oppositam misericordia? Tertio, quomodo Pauli disputationem ineptia liberabunt? Nam certe Paulus non disputat de temporibus. Sed aiunt Deum non animaduertere bis in idipsum. Quod si intelligas, cui temporales pœnae inflicta sint, ab eodem æternas non sumit necesse erit, omnes impios in hac saltem vita felices mihi dent. Quod falsum. Atque adeo Sodomites nonne temporaliter exusti? & Iudas nonne laqueo vitam finiuit, insuperque medius crepuit? Deinde, Iudæi nonne à Romanis miseri modis habiti? Denique, ut omnia mittam: nonne omnes moriuntur? Et mors nonne est pœna? Mirum ni consentiant tandem hi, quicunque sunt, iis, qui neminem damnatum volunt. Itaque certum omni, Pharaonem in exitum fuisse mandatum sempiternum Christus etiam Luca 12. *Timent, inquit, eum qui, postquam trucidari, præditus est auctoritate iniciendi in gehennam*.

XVI. Tertium argumentum: *Quicunque ordinatur ad media, idem prædestinatur ad finem.* At reprobis ordinantur ad media damnationis. Ergo iidem prædestinantur ad damnationem. Major patet: quia media & finis sunt relata: nec media vili, nisi quæ ad finem ducunt.

Assumptio probatur facile. Primo ex induratione: nam hoc certissimum est medium ad damnationem: ac proinde, à Paulo opponitur misericordia, 9. ad Romanos. Fuit autem Pharaon ordinatus ad indurationem. Patet Exodi 4. 7. 9. 10. II. & 13. atque ex Roman. 9. Imo Exodi 14. simul exprimitur finis. *Ego in turbabo eorū Egyptiorum, ut perseguantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibus Iulius.* Similiter Deuteronom. 2. *Noluistis que Sehon rex Hezbon dare nobis transiit, quia indurauit Domini Deus tuus spiritum eius: & obfirmauerat cor illius, ut tradiceret in manus tuas: Iosue 11. Dominus sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israhel & caderent, & non merebant ullam cl. mentiam, & perirent.*

XVII. Hi loci sunt manifestissimi: ut negari non possit, certo Dei consilio factum, ut horum omnium obstinatissima esset pertinacia in peccatis. Vnde quis non statim fertur in cogitationem extremi exitii? Fateor equidem iidem locis describi temporale exitium: sed æternum etiam consequutum, non est, opinor, qui posit negare. Nam, alioquin sola corpora peccatorum pœnam luissent: quæ tamen sola non peccarant: imo non peccarant nisi *πειθωτοί*, nempe morta ab anima. Tum autem exitium temporale mors est: mortem autem infidelium, quis potest considerare absque exitio animæ? Nam reliqua calamitates possunt: ob spem penitentia, ideoque venia. Sed post mortem nulla penitentia: ideoque venia nulla.

XVIII. Sed alii sunt disertiores loci. Ioannis 12. *Quum tot signa coram eis edidisset, non credabant in eum: ut sermo Esaiæ Propheta impleretur, quem dixit: Domine, quis credit sermoni nostro? Et brachium Domini cui regnatum est?* Propterea non poterant credere: quia iterum dixit Esaias: *Excacauit oculos eorum, & obdurauit corda eorum, ne videant oculis, & intelligent corde & conuertantur, & sanem eos.* Posterioris ad Thessalonici, 2. Propter aigitur mitter illis effica iam deceptionis, ut credant mendacio: *īu ηελθω; ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed acquirunt in iniustitia.* Nam certe his duobus locis expressa sunt media: nec illa tantum, sed etiam finis proprii reproborum, nempe damnatio, tam perspicue, ut ambigui non possit. Nam & de infidelitate agitur, quæ respuit oblatam veritatem Christianam: Et diserre, ne conuertantur & sanem eos: & denique, eti si Iudicandi vocabulum proprie & per se damnationem non significet; tamen apud Paulum omnino aliter sumi non potest: itaque recte Beza, *ut damnentur.*

XIX. Similis locus ex primo ad Romanos; vbi disputat Paulus, *Gentes non potuisse saluari ex operibus.* At non saluari finis est reproborum. De mediis autem, *Tradidit eos Deus cupiditatibus cor iūnum ipsorum, ad improritatem, ut fœdarent corpora sua inter se: ut qui: veritatem Dei mutaret in mendacium: & coluerint, ac seruerint, ut creatis, præterito creatore, qui est benedictus in secula tamen.* Propterea, inquam, tradidit eos Deus fœdis affectibus. Et post pauca, *Et sicut non visum est illis Deum in notitia retinere, ita tradidit eos Deus in mentem omnis iudicis ex parte, ut facient, quæ minimis conueniebat: opili omni iniustitia, sortantur, improbitate, auaritia, malitia: pleni inuidia, eade, contumelie, dolo, malignitate.*

XX. Quartum argumentum: Si, quæcumque ad hanc vitam pertinent, homini accidunt ex certa Deiprouidentia: Eigo multo magis quæ ad aliam. Pater antecedens Matthæi 10. *Vestris etiam capilli, omnes numerati sunt.* Tum autem, ex generali doctrina de Prouidentia: de qua disputatu est alias.

XXI. At consequentia etiam facilis. Nam, si absurdum est, Deum generere curam rerum maximarum, & non minimarum: certe longe fuerit absurdius, eundem curam agere rerum minimarum, & non maximarum. Atque ita Dominus ipse, ex eo, quod ne passeres quidem destituuntur cura Dei, concludit à minori ad maius, neque homines ab ea esse alienos. Matthæi 10. *Ne igitur timete: vos multi per passerbis praefatis.* Et 6. *Quod si herbam agri Deus ita circumuebit, nonne vos multo magis?*

XXII. Quintum argumentum: Si nemo prædestinatur ad damnationem: Ergo vel nemo damnatur, vel, si qui damnantur, aut fortuito

damnantur; aut Diuina voluntate & subitanea, atque extemporali. At neque nulli damnantur: neque fortuito damnantur: neque ex temporaneo decreto. Ergo aliquos necesse est prædestinari ad damnationem. Consequentia est necessaria, quia non possunt dari plura membra.

XXIII. Probatur assumptum per partes. Et primo non esse nullos damnados, apud Christianos, nullis eget argumentis: nam idem credentes vitam æternam, credunt etiam mortem æternam. Et discere Scriptura clamat infinitis locis. Vnus esto pro omnibus. Matthæi 25. Tunc dicet iis qui ad finitatem: Maledicti, abite a me in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. At non damnari fortuito, non est magis obscurum. Id enim pertinet ad Dei iustitiam Itaque soler dannatio intelligi per iudicium. Ad Roman. 2. Nonimus iudicium DEI esse secundum veritatem, aduersus eos qui talia agunt. Putas autem hoc, O homo, qui damnas eos, qui talia faciunt, & facies ea, fore ut tu effugias iudicium Dei? Prioris ad Corinth. 11. Iudicium sibi manducat & bibit. Et alias læpissime. Imo, quoties Latinus Interpres damnationem vertit, Græce est vel εἰμια, Lucæ 20. Hī accipient damnationem maiorem: ad Roman. 3. Quorum damnatio iusta est: Vcl καταρεψαται. Ad Roman. 8. Nihil condemnationis est iis, qui sunt in Christo: Vcl καταρεψαται. Posterioris ad Corinthios 3. Ministerium condemnationis. Atqui, nihil est tam aduersum, oppositumve fortunæ, quam iudicium: & ne homines quidem, velint suas, in administranda iustitia, sententias appellari fortuitas: & hoc ipso existimarent se reos peragi extremae iniustitiae. Quantoid ergo alienius à Deo?

XXIV. Supereret igitur, ut extemporaneo iudicio damnarentur; hoc est ita ut solent homines in magistratu positi: qui hodie eum damnant futrem, quem heri, vel non morant, vel etiam amabant. At hoc non. Primo: Nam iudicium Dei, est voluntas Dei: & quidem, της εὐδοξίας: Ergo æternum. Secundo, si est temporale: Ergo, vel, ante id tempus, nihil Deus statuerat, vel aliud statuerat. Si nihil statuerat: Ergo ii homines non comprehendebant sub prouidentia Dei, quod est absurdum, non esset enim illa infinita; &, vt dixi, si cura Dei pertingit ad minutissima quæque pertinentea ad hanc vitam; quanto magis ad animam, animæque statum? Sin autem statuerat aliud: Ergo statuta Dei sunt mutationi obnoxia, id est, non sunt statuta, quod est contradictorium. Tum autem, si mutantur, vel nulla de causa, vel certa. Si nulla: Ergo Deus imprudenter, imo iniuste, quos statuerat non damnados, de nouo decernit damnare. Sin aliqua causa est: Ergo, vel eam olim Deus ignorabat, vel ei caussæ olim Deus contradicebat. Ignorasse non patitur eius infinita scientia: Contradicere, alienum ab eius sapientia, & iustitia. Si ergo illa omnia sunt blasphemæ: concludendum, nullo extemporaneo iudicio damnari quemquam; sed æterno, ac proinde prædestinari.

XXV. Sextum argumentum: Si neminem Deus prædestinat ad damnationem: Ergo, vel non potest, vel nescit, vel non vult. At hæc consequentia falsa sunt: Ergo & antecedens. Patet consequentia, quia aliud membrum dati non potest. Patet assumptum, per partes. Nam, aut non posse, aut nescire Deum Omnipotē, & Omnisium, alienum est à sana mente, vel cogitare. Nolle autem, cur quisquam dixerit? Certum est enim, tam opus esse diuinæ iustitiae damnare impios, quam misericordia, seruare pios.

XXVI. Septimum argumentum: Si damnandi ab æterno certi sunt: Ergo & prædestinati. Consequentia patet. Quia si damnandi, ergo destinati ad damnationem, & si ab æterno: Ergo prædestinati. Probatur antecedens. Si Deo cogniti: Ergo certi. Nihil enim cognoscitur incertum: maxime à Deo. Quomodo enim Deus, si ne homo quidem? At, sunt Deo cogniti. Hoc vero probatur. Si destinati ad salutem, omnes cogniti: Ergo & omnes destinati ad damnationem. Probatur consequentia, quia omnes homines sunt Deo cogniti: vt pote, apud quem nihil est absconditum. Omnes autem homines distinguuntur in saluandos, & damnandos. Si igitur saluandi sunt cogniti. Ergo & damnandi. At illud verum: poster. ad Timoth. 2. Solidum fundamentum Dei stat: habens signaculum hoc, Nonit Dominus, qui sunt sui.

XXVII. Octauum argumentum. Ex Angustino, cuius sententia est, esse ab æterno aliquos prædestinatos ad pœnam. Ex Prospero & Fulgentio, qui Augustini hærent vestigis. Locos recitatimus præcedenti capite; quos hic non est necesse repeterere.

XXVIII. Augustinum diserte damnant Pighius ac Sanctius, & iste quidem prolixius; quamquam non in hoc tantum articulo, de Prædestinatione reproborum; sed etiam in altero, de Prædestinatione Sanctorum. Primo enim, contradicere præcedentibus Patribus, nouamque inducere opinionem, Secundo, Gallos ei restitisse, vt appareret ex Epistolis Properi & Hilarii. Tertio, mutasse sententiam; & demum, distinxisse inter eleclos & reprobos, tantum post Adami corruptionem. Denique, valde fulse incertum.

XXIX. At, neque in Pighii, neque in Sancti nomine tantum moment, vt non facile præualeat Augustini vel umbra. Scilicet ægæ ferat Calvinus, aut Beza, aut quisquam nostrum, non probari his Sophistis, disputationes nostras, qui ne Augustino quidem pepercissent. Quanquam nolimus quemquam putare fidei nostræ ullum fundamentum in Augustino esse, qui testimonium tantum ab eo postulamus. Sed testes tamen, & quidem locupletissimos, nulla iusta causa ita eleuari, non possunt non ægre ferre viri boni. Quod ipsum tamen facile possumus dissimilare, Scripturarum autoritate fatis tuti; à quibus & ipse Augustinus non potest non protegi contra venenatos istorum canum morsus.

XXX. Contradixisse præcedentibus Patribus, Augustinus non probatur. Sed eandem questionem diligenter excoluisse, coactum à Pelagianis, hæresi noua, Patribusque incognita, profiteretur ipse. Hac est Prædestination (inquit 20. capite de bono perseuerantie) manifesta & certa Sanctorum, quam postea diligentius, & operosius, cum iam contra Pelagianos disputarem, defendere necessitas compulit. Didicimus enim singulas quasque hæreses intulisse Ecclesiæ proprias questiones, contra quas diligentius defenderetur Scriptura diuina, quam si nulla necessitas cogeret. Quibus verbis, illud etiam purgatur de noua opinione: nam certe Scripturam defendere, non est nouam opinionem inducere.

XXXI. Intelligo, tum ex Epistolis Prosperi & Hilarii, tum ex operibus

Prosperi, non Gallos omnes, sed nonnullos ex Gallis, non probasse statim Augustini disputationes. Quid tum autem, si pauci hæsitauerint: E: forte non alieni à Pelagii, ipsius etiam Britanni consortio? Possent enim reliqui merito opponi; qui omnes saltem tacendo consenserint. Imo, Prosper Gallo, scriptis potentibus, Augustini causam tutarus est. Denique mirū si tot post Augustinum seculis, nemo existit, qui hanc in eo damnaret hæresin.

XXII. Mutasse sententiam Augustinum intelligo: sed semel, vt, qui prius crederet prædestinationem ex præuisis operibus, eandem assereret ex beneplacito: Et audio confitentem, capitibus tertio & quarto libri de Prædestinatione Sanctorum. Sed secundo mutasse, hoc vero Sanctius ipsius sibi finxit. Incertum fuisse, facilis calumnia; sed iniqua.

C A P. VI.

Quomodo Deus velit omnes saluari.

I. Hæc tenus Catholicorum argumenta. Nunc Papistarum, ex Castellione, Sanctio, Becano, Ioanne à Bononia. Placer autem distributio Sancti, arguentis à Voluntate Dei, à Bonitate, à Misericordia. Primum ergo, à Voluntate, eti apud Sanctum postremus ei locus sit. Nemo prædestinans aliquos homines ad damnationem, vult omnes homines saluari. At, Deus vult omnes homines saluari: Ergo, Deus neminem prædestinat ad damnationem.

II. Probatur assumptum: Prior. ad Timoth. 2. Adhortor fieri obsecraciones, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt: vt quietam, & tranquillam vitam agamus, in omni pietate, & castitate. Hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo: Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim Deus, unus etiam Mediator Dei, & hominum, Homo Christus Iesus: qui semetipsum dedit redēptionis premium pro omnibus. Posterioris Petri 3. Non tardat Dominus, qui promisit, vt nonnulli tarditatem existimat: sed patiens est erga nos, nolens ullos perire; sed omnes ad resipiscitiam venire. Ezechielis 33. Nolo mortem peccatoris.

III. Respondeo, supposita distinctione voluntatis Dei, vt alias, in εὐδοξίᾳ, qua Deus decernit aliquid suo tempore fieri, ad quam refertur prædestination: & εὐαγγελίᾳ, qua velit hoc, illudve ab hominib. fieri, iuxta sua præcepta, sive ex officio. Hac, inquit, distinctione supposita, respōdeo ad argumentum: de εὐαγγελίᾳ, negari maiorem. Quemadmodum enim vult Deus, filium optare longos annos patri; nec vult tamen ipse dare: Sic, vult Deus omnes homines feruari, id est, tendere ad salutem: nec tam vult ipsi hominibus omnibus dare salutem. Illam n. legem posuit hominibus, vt iuste damnentur, qui ea spreta ruent in suum interitum. Sibi autem nō posuit, vt neminem velit damnare. Itaque, nulla consequentia est ab Euarestia ad Eudociam: nam illam non semper implere, & experientia testatur, & omnes cōsentient. Hanc a. non impleri, si quis dicat, omnino euertat Omnipotētiā, & oppugnet illud Pauli, Volūtati eius quis resistit? ad Roman. 9.

IV. Iam vero, si intelligatur εὐδοξία, negari assumptio. Falsum est enim, Deum constituisse in æterno suo consilio, omnes homines absq; vlla exceptione saluandos. Nam, hoc si ponitur, ergo oportet, vel omnes homines saluari recipere, & absque vlla exceptione, ne ludi quidem proditoris, vel propositum Dei fieri irritum: ac proinde, vel mutabilē Deum, vel infirmum. Quæ blasphemia! vt vitentur, locos illos citatos omnes oportet referri, τοις τὸις εὐαγγελίαις, non vero εὐαγγελίαις τοις εὐδοξίαις.

V. Nisi forte Petri locum quis malit referri duntaxat ad fideles, vt sit sensus: nolens ullos e nobis perire, sed omnes ad resipiscitiam venire. Quod facile est, propter hæc verba, Sed patiens est erga nos. Vix enim lese infidelibus annumerasset Apostolus. Et ita alias s̄p̄e. Ad Ephes. 1. Qui benedixit nobis omni benedictione. Nobis, non certe omnibus hominibus, sed fidelibus. Et statim, Sicut elegit nos in ipso, antequam iacerentur mundi fundamenta. Et ipse Petrus, eiusdem illius Epistola 1. Quum diuina vis ipsius, omnia nobis donarit, que ad vitam, & pietatem: Ex eo quod maxima nobis, ac pretiosa promissa sunt. Similia sunt innumerata. Connectendo igitur, Patiens est erga nos, nolens ullos perire, sed omnes ad resipiscitiam tendere: sensus efficitur, ideo Deum differre vniuersale illud iudicium, expectantem patiēter, dum omnes credituri ad resipiscitiam venerint, quia nemine eorum velit periire. Non sequitur autē, si nemine eorum, qui pertinent ad numerū fidelium Deus nolit perire: ideo nemine omnino. Faretur tamē posse nō absurde ab hypothesi ad thesin transcendere: atque ita omnes longe latius intelligi.

VI. Ceterum illa solutio ex distinctione εὐδοξίας & εὐαγγελίας, re cadem est, cum eorum solutione, qui distinguunt Voluntatē beneplaciti, & signi: Nam quamvis alias non satis probatas nobis meminerimus phrasēs: tamē non libenter contendimus de nudis vocabulis. Higitur, Deū velle omnes saluari dicunt, voluntate signi, quia fecerit omnes salutis capaces: potentia scil. non proxima; sed remota, vt omnes facti sunt musicæ capaces, etiā muti. Deinde, quia addiderit Mediatorē Christū, eumq; omnibus propounderit indiscriminatim, vt quicunq; in eum crediderit, saluetur. At, de voluntate beneplaciti, negant: quomodo, quasq; ob caussas nos de voluntate εὐδοξίας.

VII. Alii voluntatem distinguunt in Antecedentem, & Cōsequētem. Ut antecedens ea sit, quæ res singulas considerat absque ullis circumstantiis: consequens autem, quæ varias addit circūstantias. Deū igitur attendentem hominem in primo signo: ita enim loquuntur, hoc est, simpliciter hominem, voluisse omnes saluare. At vero, cum considerauit rāquam peccatorem, & in secundo signo, tum noluisse omnes saluare: sed tantum quosdam: horum re ipsa eadem sententia est cum iis qui distinguunt velleitatem à voluntate. Velleitatem appellant, quomodo cum dicimus, Velle integrâ conseruare membra corporis mei: eti alioquin velim abscondi brachium, propter presentem necessitatem. Ita Deus velerit (& inde facta velleitas) hominem saluari, sed intercedente peccato, vult damnari. Verum tamen hæ distinctiones, primo, nimis sunt scholasticæ: deinde ponunt aliquam causam voluntatis diuinae: qua de re disputabitur controversia proxima.

VIII. Alii explicant potius voculam Omnes. Et sunt qui, distinguentes singulorum genera, à singulis generum, dicunt Deum velle omnes saluari, id est,

id est, omne genus hominum: quia nulla sit apud Deum distinctio Iudei, & Graeci: liberi, & serui: diuitis, & pauperis: maris, & foeminae. At nolle raman saluari omnes, nimurum eundo per singulos, ita ut nullum induitum omittatur. Quomodo dicimus, Omne animal fuisse in arca Noe: et si verum fuisse duntaxat ex omni specie quædam. Alii omnes, reduplicative: vult omnes saluari, qui saluantur: quia nemo saluatur, præter eius voluntatem. Sic dici possit: Hic Magister docet omnes pueros huius ciuitatis: non quia omnes omnino doceat: sed quia nemo doceatur, nisi quæ ipse doceat.

X. Sed harum distinctionum neutra videtur accommoda. Nam & durum est illud, Nolens ullus perire, flectere ad genera singulorum. Et illud certe, Non vult mortem peccatoris, repugnare videtur; cum mors non possit considerari in generibus singulorum: sed in singulis generum. Sed & Pauli institutum seorsum abit. Iubet enim orari, non pro singulorum generibus, sed pro singulis generum. Argumento sunt Reges, & natus in iustitia, pro quibus signifikat Ecclesia orat, pro variis temporibus, & locis. Exempli gratia, pro Nerone tum, cum haec Apostolus scriberet. Non est vero bona ratio: Orate pro Nerone: quia Deus vult aliquos Imperatores saluari. Altera, æque impingit in easdem rationes. Nam, quid infantius, quam si dicas, Deus non vult ullus perire, corum qui seruantur? Non vult mortem peccatoris quem vult seruari: Orate pro Nerone, quia Deus vult seruandos seruari?

X. Itaque, acquiescimus distinctioni Voluntatis in iudiciorum, & evagis-
tia. Primo, quia est à Scripturis, ut alias obseruauimus. Deinde, quia nihil habet non cōgruum locis qui obiciuntur. Nam & bene, Orandum pro Nerone: quia vult Deus, voluntate illa evagis-
tia, quæ actionem nostrarū regula est; omnes seruari: &, patiens est Dominus, expectans ad pœnitentiam: quia gravior ei conuersio, ideoque & salus peccatoris, quam damnatio. Et denique, non vult mortem peccatoris, hoc eodem modo: nam & Eze-
chiel usus est verbo Υἱοῦ, quo significatur, non simpliciter velle, sed acquire-
scere rei alicui, delectari, desiderare. Itaq; Biblia Tigurina ita verterunt, Non
delector morte impii. Munsterus, Si complacitum mibi sit in morte impii. Et anno-
tavit Vatablus in Maioribus Annotationibus, ad vocē Hebreām, Cu-
pido, desidero. Itaque Septuaginta, eti plurimum reddunt βούλεσθαι, id est, ta-
men etiam εὐαγγέλιον. Esaiæ 58. εὐχαῖς Hieremias 42. εὐδοκῶς Psalmi 51. Esa.
62. & alias: μέλεις; Iob 22. Imo εὐεργεῖς Genesios 34. & iugis prioris Regum
19. εὐεργεῖς; Psalmi 51. & Ester 6.

XI. Sed instant aduersari, & primo hanc solutionem impugnant: de-
inde suam adserunt eorundem locorum expositionem. Salmero, disp. 5. in
priorem ad Timotheum, tribus argumentis impugnat. Primo, Quicquid bonum est, & acceptum Deo, id pertinet ad voluntatem beneplaciti. At
omnes homines saluari, est bonum, & acceptum Deo. Ergo omnes homines
saluari, pertinet ad Voluntatem beneplaciti. Probatur assumptio: primo,
quia Paulus testetur hoc ipso loco, Hoc enim bonum est, & acceptum coram
Saluatoro nostro Deo. Et iterum 12. ad Romanos, Reformamini in nouitate
sensus vestri: ut probetis, que sit voluntas Dei bona, & beneplacita, & perfecta.

XII. Respondeo: Primo negatur maior: Nam quæcumq; pertinent ad
voluntatem εὐαγγελίου, sunt bona & accepta Deo: & tamen non pertinent
ad voluntatem εὐδοκίας, seu beneplaciti. Quia haec semper impletur, for-
ti: utq; iuum euentum: at illa non item. Sic Paulus Ἰωάννης, εὐαγγελίον dicit esse
εὐαγγελίον Θεοῦ ad Roman. 12. & obedientiam filiorum, ad Colos. 3. Secun-
do, Minor, eti vera sit tamen non probatur. Nam prior locus non pertinet
ad omnium salutē: sed ad fidelium preces pro omnibus. Hoc, inquit, nem-
pe ut fiant pro omnibus hominibus preces, bonum est Caietanus, Prono-
men hoc, demonstrat orare pro omnibus hominibus. Iustinianus, Hoc videlicet
bonum, gratumq; est Deo, quod paulo ante præcepit Apostolus, ut pro omnibus,
præcipue pro Regibus ac Magistris, Deo fundantur preces. Nec aliter Aquinas, aut Lyranus. Lombardus diserte, Quasi dicat, Ideo moneo orare pro
illis omnibus, quia hoc, scilicet pro omnibus orare, est bonum. Nec leorum it
Oecumenius. In altero loco, nulla necessitas cogit, ut illud, ut probetis que
sit voluntas Dei bona, referamus ad voluntatem hanc Dei, quæ complectit
omnium hominum salutem. Quia sufficit illa, quæ complectitur quo-
rumdam salutem, nimurum prædestinatōrum ad gratiam. Et haec vere ad
εὐδοκίας pertinet.

XIII. Secundum Salmeronis argumentum: Omnis voluntas signi est,
vel præceptum, vel prohibito, vel consilium, vel permisso, vel operatio. At
velle omnes seruare non est quicquā horum. Ergo non est voluntas signi.
Probatur assumpitum Primo, non est prohibito, neq; permisso: quia vtra-
que est de malis. Non est consilium, præceptum ve: quia si omnes non saluabuntur, quomodo consulitur ac præcipitur, quod nunquam fieri? Non est
operatio Dei, quia hoc non operatur in nobis, nisi volentibus nobis?

XIV. Respondeo, primo negari posse maiorem. Nam, ut dixi alias, non
omnis voluntas signi comprehenditur sub iis quinque capitibus. Super-
funt enim promissiones, & minæ. Et in promissionibus nihil obstat, quo-
minus hanc omnium salutē numeremus. Secundo, negatur minor. Nam in præceptis nihil est absurdum, si cōprehendamus: hoc sensu, ut iusserit Deus
omnes tendere ad salutem. Nam etiā Paulus non dixit, Deum velle homi-
nes εἰδεῖν seruare: sed seruari εὐδίαις: quomodo & Petrus πάτερ τοῖς μετά-
τοις χαροῖς omnes ad resipiscientiam tendere. Nam quod Salmero interro-
gar, quomodo Deus præcipiat id quod nunquam fieri? ineptus est. Tertio, cur
non æque interrogē, quomodo Deus velit, voluntate beneplaciti, id quod
nunquam fieri? Deinde, vel intelligit, nunquam ullum hominem saluandum,
& supponit falsum: Vel, nunquam omnes homines saluandos, & hoc nihil ad rem. Quis enim fanciuit, nullum posse præceptum dici, nisi quod in
omnibus, imo ab omnibus impletur? Breuiter, solutio facilis. Etsi sub
præcepto comprehendatur promissio, tamen non esse reple præceptum,
sed præcepto consequens. Eodem tamen modo utrumque esse vniuersale.
Nam, quemadmodum nulla rationalis creatura excipit a debito imple-
dæ legis; sic, neque ad paucos pertinet promissio vita: etsi verum, neque
omnia implere Legem, neque omnes assequi vitam.

XV. Salmeroni argumentum tertium: Si est voluntas signi: at non fal-
si, sed veri. Vult ergo Deus, quicquid signo aliquo suam voluntatem declaran-
te, ostendit se velle: alioqui, esset hypocrita: qui ostenderet se velle,
quod nollet. Et in hoc arguendo multus est Sanctus.

XVI. Respondeo: non esse voluntatem signi falsi: sed non esse tamen

voluntatem beneplaciti: sive potius, signum illud non esse voluntatis be-
neplaciti. Quare blasphemati sunt, qui Deum hypocrisis ob eam caussam
accusare audent. Non enim hypocrisis est, cum idem quis vult, & non vult,
sed cum eodem modo. Non est hypocrita Magistratus, qui quātumvis tri-
stis, tamen reum adiudicat morti. Nec qui membrum ægre fecandum Me-
dicis præbet. Iam vero haec distinctio non docet, Deum voluntate bene-
placiti velle, & nolle: aut voluntate signi: Sed voluntate signi velle: bene-
placiti autem nolle. Praterea, cur non venit in mente Salmeroni siarum
scholarū definitum, voluntate signi non esse vere voluntatem, sed meta-
phorice tamen, vel, ut alii melius, metonymice? Nā, si est; Ergo falsum, Deum
velle, & nolle. Nā, si esset verū. Ergo voluntas signi esset vere voluntas. De-
nique, nihil absurdum, Deum velle aliquid ab hominib. fieri, & ipsum tamen nol-
le facere. Non n. sibi easdem leges posuit, quas hominibus imposuit. Imo
Magistratus, qui volet latrone occidi, nolet tamē ab obvio quolibet cædi.

XVII. Sed ipsi ergo, quomodo soluunt nodum? Nam vident utrumque, & Dei voluntati non posse resisti, & multos homines perire: unde se-
quitur, vel Deum nolle omnes homines seruari, vel posse resisti Dei volun-
tati. Distinguunt Dei voluntatem, Sanctus, in absolutam, quæ sit potestia,
sive voluntas beneplaciti: & conditionatam, per quam Deus, nec pos-
sit, nec velit absolute: sed secundum media ab eo constituta. Hac igitur
voluntate Deum præparasse salutem, & ordinasse media ad eam, eandemq;
præparationem manifestasse in Scripturis: indeque appellari voluntatem
significatam, vel reuelatam.

XVIII. Salmero autem in Efficacem, beneplaciti. Illam esse delibera-
tam: contra quam nulla vis, aut potentia esse potest; quia non pendet à vo-
luntate humana. Hanc, quam preciamur oratione Dominica fieri in nobis,
quæque impediti possit a nobis: nec sine voluntate nostra cooperante per-
ficitur: nempe, quia Deus nos liberi arbitrii condiderit, eo que nos sibi vo-
luerit cooperari. Hac igitur voluntate Deum velle omnes homines saluos
fieri: nimurum, si nos ipsi assensum præbeamus, & cum eius voluntate
concurramus. Sic explicasse Chrysostomum in hunc Pauli locum & Ambro-
sium: Item Augustinum de Spiritu & litera c. 21.

XIX. Hæc illi. Sed contra. Primo non conueniunt inter se Sanctus & Salmero. Nam ille voluntatem appellat beneplaciti; quam iste absolu-
tam. Et iste voluntatem beneplaciti, quam illæ conditionatam. Vt tri-
habenda fides? Nisi forte homonymia fallunt: & beneplacitum ille εὐδοκίας,
iste εὐαγγελίου appellat. Sed Salmero non facile excusabilis: qui ignorare
non potuit Beneplacitum à suis Scholasticis Theologis appellatum, eam
voluntatem, quæ certissime impletur: eique oppositum Signum, pro vo-
luntate, quæ non impletur semper. Sed condonemus εὐαγγελίου: neque
horum Sophistarum peccata tam ad viuum refecemus, quam meretur co-
rum in viris piis calumniandi rabies.

X. Secundo igitur: nō in vocabulis tantum, sed in re ipsa dissentunt.
Nam Sanctus stat pro voluntate signi, quam tamē Salmero præceden-
tibus argumentis oppugnabit. Et vult Sanctus voluntatem conditiona-
tam esse voluntatem signi. At Salmero, etiæ conditionatam etiam ipse no-
minet, tamen oppugnabit voluntatem signi: itaque contra Sanctus voluntatem
conditionatam, non vult esse voluntatem signi.

XI. Tertio: Si Paulum, & Petrum, & Ezechiel intelligas de vo-
luntate conditionata: & haec supponat voluntatem hominum, mediaque
à Deo constituta: Ergo sensus erit, Deum velle omnes homines saluari, si
velint, & mediis vrantur ordinatis. At inter media ordinata, sunt, agnitus
veritatis, & resipiscientia. Ergo iterum sensus erit: Deus vult omnes homi-
nes saluari, si velint, & veniant ad agnitionem veritatis, & ad resipiscen-
tiam. Atqui Paulus dixerit: Vult quousque homines saluari, & venire ad
agnitionem veritatis, Petrus vero, Non vult ullus perire: sed ad resipiscientiam
venire. Optimi igitur interpretes sic tandem exponunt: Deum velie omnes
homines saluari, & ad agnitionem veritatis venire & ad resipiscientiam; si velint,
& veniant ad agnitionem veritatis, & resipiscientiam. Næ istorum in-
terpretatione magnam oportebit esse legerem, ante quam omnibus familia-
ris fiat Scripturarum sensus, corum quidem industria.

XII. Quarto; vt ista somnia, istis egregiis explanationibus cōcedan-
tur: tamen hinc confitetur hos locos non cuircere, nullam esse reproba-
torum prædestinationem; quæ nostra est controversia. Nam Prædestina-
tio pertinet ad eam voluntatem, cui nihil potest resistere: quamque efficacem
Salmero appellat: Sanctus beneplaciti, sive absolutam. Quāquam
hoc absoluti vocabulum velim quidem explicatum. Si enim sic intelliga-
tur, vt excludat omnia media, etiam ad exsequutionem; tum impiam fue-
rit. Sin autem includat, & significet duntaxat certum, ratum, fixumque
decretum complectens & finem & media: nihil est quod queramur. Sed
ad rem, si in Deo consideratur vtraque ista voluntas, absque contradic-
tione vlla, vt dixerit notat Sanctus: ergo neutra neutri obstabit: & poterit
vnum idemque Deus velle, vna voluntate, & altera noīle: alioquin, aut si-
bi contradicerent, aut nihil vna voluntate Deus veller, quod non & al-
tera. Quod neque Salmeronem dicturum, neque Sanctus habeo per-
suasum. Nam concurrere interdum vtramque, nihil difficile; vt in salure
electorum: tum enim & voluntate absoluta, id est, certo decreto: & vo-
luntate signi, id est, εὐαγγελίou certum est Deum velle Electos saluari. At
non semper concurrere, dubitari non potest. Nam, si, quemadmodum
Διὸς τὸν εὐαγγελίον, Deus vult reprobos saluari; ita veller etiam Διὸς τὸν εὐδο-
κίαν. Ergo omnes reprobis seruarentur: quod est absurdum.

XIII. Sed illud certe perspicuum: non esse legitimam instantiam à
voluntate signi, contra voluntatem beneplaciti. Nam exempli gratia: Vo-
luntas signi fuit omnes auscultare Christo. Probo, quia ipsi Papistæ refe-
runt præcepta ad voluntatem signi. En tibi autem præceptum: *Hic est filius
meus dilectus, in quo accipies: ipsum audite, Matth. 3.* Veruntamen
voluntate beneplaciti, Deus noluit ab omnibus audiri. Probo. Primo,
quia sic voluisse: ergo impletum fuisse: nam huic voluntati nemo po-
test resistere. At non est impletum. Secundo: Deus vult hac voluntate
beneplaciti, Christum & prodī à Iuda, & tradi à Iudeis, & damnari à Pilato:
non potuit ergo eadem voluntate velle ab iis audiri. Quicunque ergo ar-
gumentarer: Deus vult voluntate signi Christum audiri à Pilato:
Ergo non vult voluntate εὐαγγελίου, sive εὐδοκίας, eundem à Pi-
lato crucifixi: cuiusmodi is Dialecticus esset? Similiter respōdeo: etsi Deus
velit

velit omnes homines saluari, voluntate illa, sive signi, sive conditionata, sive non efficaci: at non vult ratiōne omnes saluari voluntate illa beneplaciti, sive absoluta, sive efficaci. Prædestinatio autem ad hanc pertinet: ergo inēpta aduersariorū fuit instantia.

C A P. VII.

An Reprobatio sit contra Dei Bonitatem.

I. Sequuntur argumenta à Dei Bonitate. Deus nihil vult contrarium sue bonitati. At homines aliquos damnari, est contrarium Dei bonitati: Eigo Deus non vult aliquos damnari.

II. Probatur minor quatuor argumentis. Primo: Si est contra bonitatem Angelorum, & hominum velle quenquam damnari: Ergo multo magis Dei: Probatur consequentia. Quia Angelorum & hominum bonitas est tantum participata: ac quo magis accedit ad Deum, hoc perficitur est. Probatur Antecedens. Nam vir bonus est, qui omnium optat bonum, & salutem: imo procurat, & adiuuat, quantum potest: qui denique, neque vult, neque facit male cuiquam.

III. Secundo: Si Deus omnia creauit ad certum corundem finem, & perfectionem, quo cum peruerenterint, eis bene sit, completis omnibus naturalibus desideriis: Ergo & hominem. Probatur antecedens inductione, vnde ad minimas plantas, lapidelque.

IV. Tertio: Si Deus omnibus creaturis indidit appetitum naturalem bene faciendiis, quæ ab ipsis sunt quoquomodo, eaque conseruandi: Ergo & ipse tandem habet voluntatem. Probatur Antecedens rursum inductione.

V. Quarto: si homo homini à se generato optat salutem, & omne bonum procurat: Ergo multo magis Deus homini. Probatur consequentia: quia eum amorem homo non habet nisi a Deo. Si autem Deus homini optat & procurat salutem, ergo non damnationem: quia tantum malum est, vt p̄staret nunquam extitisse.

VI. Respondeo: Bonitatem dupliciter intelligi: vel absolute, vel relate. Absoſtute, quum significatur perfectio rei in seipſa considerata: vt Genes. 1. Vidi Deus cuncta que fecerat, & erant valde bona. Deut. 1. Bonare est, quamvis facere. Matth. 7. Omnis arbor bona, fert fructus bonos. Relate autem, quum quid cui bonum est, hoc est beneficium: Matth. 20. An occlus tuus malus est, quia ego bonus sum? Ioan. 10. Ego sum Pastor bonus: bonus pastor animam suam dat pro oib⁹. Et vroque modo, elle, dicique Deum bonum, in confessio est: sed non quicquid de Deo absolute bono dicitur, dici etiam potest de Deo relativi bono.

VII. Ad sylogismum ergo, Si intelligatur bonitas absolute, concedatur maior. Vnde enim nihil unquam vult Deus, quod ita volens contradicit sua isti bonitati: alioquin bonus non esset. Quia causa Augustinus dixit, bonus esse etiam mala esse: alioqui non permittenda a Deo vt cf. sent. Sed negatur alius. Tantum enim abest, vt damnatio reprobatorum contraria sit huic bonitati Dei: vt sit potius eius effectum: est enim iustitia: at hæc pertinet ad absolutam illam bonitatem, Danielis 9. Tibi, Domine, iustitia: nobis autem confusio facie.

VIII. Sin autem bonitas intelligatur relate, conceditur minor: est enim damnatio contraria beneficentia Dei in creaturas. Sed negatur major. Nam re vera Deus vult aliquid contrarium ei beneficentia. Quicquid enim facit, & vult: quomodo enim faceret nolens? At ipse multa facit contra suam beneficentiam: ergo & multa vult. An erit malum in ciuitate, quod Iehoua non efficiat? Amos tertio. Quanquam, quid opus est probatione? Nam concedunt aduersarii Deum velle malum pœnae, non contra bonitatem, id est, beneficentiam. Itaque Psalm 18. Cum misericorde, misericors eris, & cum perfecto perfectus: cum mundo mundus eris, & cum peruerso peruerso ages. Exodi 20. Visitans iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem odio habentibus me. Et faciens misericordiam millibus diligentibus me, & custodientibus precepta mea.

IX. Ad primam confirmationem, primo negatur antecedens. Non est enim contra bonitatem aut Angelorum aut hominum velle aliquem damnari. Psalm. 79. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt: & in regna, quæ nomen tuum non inuocant. Psalm. 5. Iudica eos: Hebraice δικαιοσύνην των reos perage, O Deus: decidant à cogitationibus suis: præ multitudine prævaricationum depelle illos, qui rebellerunt tibi. Psalm. 12. Disperda Dominus uniuersa labia dolosa: & linguam magniloquam. Apocalyp. 6. Vsqnequo, Domine, qui sanctus es, & verax, non iudicas, ac vindicas sanguinem nostrum, de iis qui habitant in terra: En tibi sanctos precantes. Potueruntque preces fundere, & nelle tamē. imo non desiderate? non optare? Quid actiones gratiarum dicam? Psalm. 9. Conſtebor tibi, Domine, toto corde meo. Et post, Quoniam fecisti iudicium meum, & cauſam meam: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam: incipasti gentes: & perii impius: nomen eorum delefisti in eternum, & in seculum seculi. Apocalyp. 19. Halleluja: Salus, & honor, & gloria, & virtus domino nostro. Quia vera & iusta iudicia eius: & meretricem illam magnam, quæ corrupit, terram scortatione sua, damnavit & vindicavit sanguinem seruorum suorum ex manu eius. Quod si priua oportant, & precantur malum impius: cur Deum velle negenus? Maxime, cum id ipsum desiderent, optentque inspirante Deo?

X. Secundo, negatur consequentia. Absit, vt Deum metiamur nostro modulo. Nobis certæ leges politæ sunt, quas transgredi non licet. At Deo nullæ. Itaque licet Deo occidere eos, quos, si vel lādere cogitarit homo, sit abominabilis. Sic, Deo licuit in Sodomitarum urbes ignem immittere: quod si Lot fecisset, merito incendiarius pœnas dedisset. Sic Herodē percussit Angelus Dei, vt erosus à veribus animam efflaret. Acto. 12. quem Christianorum nemo violare debuit, vt pote Regem. Nisi fortassis intercedant, qui particidas nostræ ætatis armare non sunt veriti in reges, quibus implacatior erat Iupiterille Tarpeius: & audent tamē dicere nullo suo scelere; sed inimicorum audacia, & importunitate se fuisse afflictos ac pefundatos: quæ verba sunt Iesuitarum ex superiori Germania in Epistola præfixa Cyrilo in Minotes Prophetas. Enimvero innocentes homines: &

quorum calamitatem totus orbis lugere debuerit. Sed enim, si sunt Iesuitæ in parricidia audaces: at Christiani expectarunt olim, dum exclamaret Julianus, *Vicisti, Gallilæe.*

XI. Neque confirmationes contra probant. Nam imitatur homo bonus Deum bonum, sine dubio: sed quantum debet, & potest finitus infinitus: imo subditus summum. Itaque bonitatem nullam habet nisi ex lege: at Deus omni lege solutam & sola voluntate terminatam. Itaque, non eadem de hominis bonitate dici possunt, quæ de Dei: propterea quæ non est necessaria consequentia ab illa ad istam. Præterea, non tantum bonitatem Dei, sed etiam iustitiam imitatur aliquando vir bonus. Deuter. 7. *Abiuntes omnes populos, quos Iehoua Deus tuus das tibi: non parcer oculus tuus eis.* Sic Magistratus Dei Minister est, vlor ad iram ei, qui quadam malum est fecerit, ad Roman. 17. sic singuli fideles, Psalm. 139. Nonne qui oderunt te, Domine, oderam & super inimicos tuos tabescem? Perfecto odio oderam illos: & inimici facti sunt mibi. Quod si hæc licita sunt hominibus, quanto magis Deo: quæries ipse sibi permissum: hoc est, vult ipse: odit quosdam & procurat eorum interitum?

XII. Esse vero virum bonum, qui omnibus optat bonum, & salutem, si sine vlla limitatione dicitur, non concedo. Nam Magistratus nullus debet latronum salutem optare, sed legibus in eos vti: & quidem sevère. Proverb. 17. *Iustificans impium; & qui condemnat iustum, abominatione Iehouæ sunt ambo ipsi.* Imo & priuatenetur saltē optare quorundam interitum: vnde preces, & gratiarum actiones, de quibus paulo ante. Quare Magistratus, quo magis vir bonus est, hoc magis conatur nocere latronibus: & fidelis quisque, quo fidelis magis, hoc magis odit, id est, optat interitum inimicorum Dei.

XIII. Ad secundam probationem, respondeo primo: non bene argui à creatione contra prædestinationem. Non enim sequitur: si creauit homines in statu beato: ideo voluisse Deum, eodem non decidere ab eo statu. Deinde, ipse ille status Creationis bonus, seruit prædestinationem: tum ad vitam, tum ad interitum, tanquam medium a Deo ordinatum. Itaq; vidiimus Deum fecisse omnia, ad gloriam suam, etiam impium in dien. malum.

XIV. Deinde, finis vel summus est, vel subalternatus. De subalterno concedo omnibus rebus creatis propositum esse finem, ad quem cum peruerenterint, eis sit bene. Et ita plantæ a parvis seminum initius crescunt in suam altitudinem. Et homines, non tantum boni, sed etiam mali, suum habent statum perfecti hominis, in quo maxime vigeant. At de summo fine, nego ita esse. Nego, inquam, summum ultimumq; finem omnibus creaturis propositum esse in quo ille sit bene. Quæcumque enim creatura sunt, non sūi, sed alterius gratia: ea creata sunt, vt his sit bene, in quorum gratiam creata sunt. Sic scenum pabulum est brutorum: & bruta ipsa pleraque hominum. Itaque finis ultimus fœni & brutorum, est cibus. In hoc autem statu, illis male est: ea enim perire necesse est quibus animantes vescuntur.

XV. Iam vero nostra hæc Controversia est, non de subalternato fine, sed de summo. Homo autem non sibi creatus est, sed Deo, *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.* Proverb. 16. Quid ergo mirum, si quotdam homines Deus fecit, vt suæ gloria seruauerit: etiam alioquin ipsi non sit bene? Aut cur ei Creator minus erit iuriis in suas creaturas, quam homini? Itaque Salomon addit, *Etiam impium ad diem mali.* Et Paulus ad Roman. 9. *Quod si vero, volens offendere iram, & notam facere potentiam suam, pertulit multa lenitatem vasa ire coagimentata ad interitum:* Et paulo ante ex Mole. Dicit Scriptura Pharaoni, *Ad hoc ipsum excitauit te, vt offendam in te potestatem meam: & ut annuncietur nomen meum in tota terra.*

XVI. Denique aliud est, creare ad certum finem bonum, & prædestinare ad eundem. Nam quæcumque prædestinantur, etiam perueniunt ad eum finem. At quæcumque creantur, non perueniunt: sed tantum ita sunt creata, vt possint peruenire: id est, vt ex ipsa creationis conditione, apta sint peruenire. Sic multæ plantæ creatae, vt plenam maturitatem possint assequi: tamen nunquam assequuntur, quia vel ab animalibus succiduntur, vel alioquin frigore, aut inundatione, aut grandine pereunt. Plurimi homines, non mali tantum, sed etiam boni, non perueniunt ad suum ætatis florem: sed, vt intercipiuntur in utero, vel nati, iam morbo, iam bello pereunt: alisque multis modis. Suntque hi euentus, & in hominibus, & in plantis, nulli nisi à creata Dei prædestinatione. Illustre exemplum Ioan 9 eius cæci, quem ita natum Christus negavit, aut suo, aut parentum peccato: sed, vt manifestarentur opera Dei in illo.

XVII. In tertia probatione, negant antecedens. Nam quæ homines faciunt, ea vel generant, vel operantur. De iis solis, quæ sunt per generationem, antecedens verum est. At dereliquis falsum. Neque quisquam est hominum, qui rebus a se factis consulat, nisi propter se. Itaque, quæ suo commodo facit, etiam suo cōmodo destruit: vestes, domos, r̄bes, reliqua omnia, absque vlla exceptione. Sic Publicola domum illam elegantissimam, imo magnificam (& hoc genus ædium solent homines curiose conservare) æt̄ōn̄s, καὶ κατάρα φειδία φέατα, ait Plutarchus: sūe tantum famæ vt consuleret.

XVIII. Iam vero Deus homines omnes operatus est, non genuit. Discrēvit tamen in duos ordines: quorum alios genuisse dicitur, hæc ob causam, quia illis impedit curam, cura parentum in liberis ab eis genitos similem: reliquorum duxat creator est. Quis autem negat lōge amplius iuris esse Deo in hos, quos creauit, quam homini in sua opera? Et sane, sola hominum intolerabilis superbia, ex nimio amore sui efficit, vt sibi persuadeant, non posse à Deo hominem destrui sine iniustitia nota: qui tamen, si vestem suam lacerent, putent querentibue cauſam, abunde satisfactum, si respondeant, placuit.

XIX. Ad quartam probationem patet eadem opera, quid sit respondendum. Non enim omnes homines genuit Deus: nam si genuisset, essent ergo omnes eius filii. At non sunt: sed ita tantum qui sunt in Christo adoptati. Ioan. 1. *Quotquot eum acceperunt, dedit eis hanc dignitatem, vt filii Dei fierint.* Itaque, non omnibus, sed ita tantum procurat salutem. Acto. 13. Crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam eternam. Ad Roman. 8. *Nouimus, iis qui diligunt Deum, omnia simul conferre ad bonum;* iis qui exposito vocati sunt. At contra: iis qui pereunt, Euangelium est odor mortis ad mortem,

mortem, poster. ad Corinth. 2. Imo ipse Christus positus *in casum*,
Lucas 2.

C A P. VIII.

An Reprobatio sit contra Misericordiam Dei.

I. Tertium locum Sanctius assignat Misericordia. Hinc argumentum primum: Si Deus reprobos prædestinat ad damnationem: Ergo misericors est minus, quam iustus. At hoc consequens falso. Ergo & antecedens. Probatur consequentia: quia maior est numerus reproborum, quam & electorum. Probatur assumptum. Psalm 145. Miserationes eius super omnia opera eius. Iacobi 2. Superexultat misericordia iudicium. Addit Castellio, a Mose, Deum appellari tardum ad iram, & propensum ad misericordiam: Exodi 34. Item Dei iram extendi tantum ad tertium & quartum generationis gradum: misericordiam vero ad milesimum patere. Exodi 20.

II. Respondeo. Primo non probari assumptum à Sanctis; et si aliqui verissimum. Adeo sunt infelices in disputando Sophistæ. Nam Psalmus non præfert misericordiam reliquis operibus Dei: sed ea dicit extendi in omnia opera: ita enim phrasis Hebraica sonat. Et Genebrardus expavit, *Super: in omnia opera sua miserationes eius sunt: ad uniuersa sua opera misericordia eius pertinet: erga omnia misericordia suam exercet.* Itē Lombard. *Et miserationes eius sunt super, vel in opera eius: quia ipsa est, qui sole suum facit oriri super bonos & malos: & in huiusmodi, & in hoc quod exspectat in peccato manentes, & monet conuerti, bene omnibus facit, & miserationes omnibus exhibet.* Etiam Lyranus. *Quia diffusio sua bonitatis ad omnem creaturam modis prædictis, non pro edit ex aliqua obligatione seu debito ex parte Dei: sed ex mera bonitate, & pietate ipsius.* Neque alter Augustinus, Theodoretus, Euthymius, Hieronymus, si tamen Hieronymus est. Vt mirer quid in animum venerit Sanctius, quem ita ab omnibus recessit.

III. Ne Iacobus quidem misericordiam Dei præfert iudicio. Nam misericordia intelligitur, quæ hominum est aliorum in alios: ut paulo prius: *Qui non fecerit misericordiam.* Inde Salmero Iesuita, *Si iuxta interpretem nostrum interpetemur, sensus esset: misericordiam superuincere iudicium: & ut in statera bilanx qua gravior est, exaltat alteram: ita misericordia, qua plus potest apud Deum, eleuat iudicium.* Sed hanc illę vulgati interpetis versionem nō probat: sive superexaltat legas, sive superexaltat: quia neutri verbo vox Graeca respoudet, *υπερβαίνειν*, quod est gloriantur. Itaque, *Sicut m. inquit, legamus gloriatu: sensus erit: misericordia quam homo homini exhibet, euebit, atque illustreret Dei iudicium: hoc est, gloriantur syraid, & illud superat ita ut misericordia nostra, Deum reddat misericordem.* Antehunc Oecumenius, *οἱ δὲ λεγοῦσι τὸ δικαῖον τὸ κατὰ τὸ Κυριόν παρου.* Nam misericordes misericordiam consequentur, prout Dominus prouinciat. Et longe melius. Omnino enim sensus est is, quem Guillaudus ita expressit: *Misericordia, id est, misericors superexultat iudicium, id est, erisque confidenti animo in iudicio: cum Dominus promiserit misericordiam misericordi.* Nec male Caietanus: *ut significet quod immisericordiam iudicium erit sine misericordia: misericordium autem iudicium erit tale, quod misericordia gloriabitur aduersus iudicium: significans per hoc, quod misericordia vincet exactam iustitiam, secundum meritum: iuxta illud, Non intras in iudicium cum seruo tuo, Domine: quia non iustificabitur in conceptu tuo omnis viuens.*

IV. Secundo respondeo ad argumentum: misericordiam dici posse maiorem, vel intensiue, nimirum cum comparatur cum iustitia: & utraq; consideretur in seipso quanta est, etiam in singulis hominibus: vel extensiue, si queratur, ut ad plures lese extendat. Si intelligitur intensiue misericordia maior quæ iustitia; negatur consequentia. Nec valer probatio: quia eti omnes homines Deus damnaret uno excepto: tamen adhuc maior esset misericordia, quam iudicium. Nimirum, quia nullum sit iudicii diuini effectu, nisi propter merita eorum, qui damnantur: at misericordia nulla inuenit merita. Itaque hæc presupponit non tantum prædestinationem, sive electionem ab æterno, gratuitam: sed etiā omnia media: Christum, fidem, opera, & quicquid est præterea. At damnatio reproborum, et si fit à voluntate Dei tanquam prima causa & summa, tamē media comprehendit ad damnationem: quæ sunt ab ipsis damnandis; unde fit iusta damnatio. Sic opinor olim dictum maius esse hominem redimere, quam creare: quod de damnatione dictu non inuenio. Deniq; in saluandis singulis fidelibus concurrit *εὐδοκία*, & *εὐεξεῖσθαι*: cum in damnatione iolam consideremus.

V. Nam si intelligatur misericordia maior extensiue, distinguo effecta misericordiae communia, ab iis quæ proprie pertinent ad salutem. Ue cōmūnibus, concedo assumptum: nam ita dictum, *miserationes Domini esse super omnia eius opera.* Sed negatur consequentia. Nam, eti plures sint qui damnantur, tamen hec ipsa effecta misericordie sunt iis communia, cum iis qui saluantur. Augustinus in Psalm. 145. *Sicut dominus omnibus: & miserationes eius in omnia opera eius.* Quare ergo damnati: quare flagellati? An quos damnat, an quos flagellat, non sunt opera eius? Plane opera eius. Et quis nosse, quia super omnia opera eius miserationes eius? Inde est illa longanimitas, quia facit solem suum oriri super bonos & malos. Nonne miserationes eius in omnia opera eius, qui pluit super iustos & iniustos? Nonne miserationes eius in omnia opera eius? Longanimitas exspectat peccatorem, dicens, *Convertemini ad me, & conuertar ad vos.* Nonne miserationes eius in omnia opera eius?

VI. Si intelligas eam misericordia, quæ proprie pertinet ad salutem æternam, negatur Deus extensiue magis esse misericors, quam iustus. Nam Sanctius ipse facetur maiorem esse numerum damnatorum. Quod est absurdum, si misericordia ad salutem extensiue maior esset quam ira. Dionysius Carthusianus in Psalm. 144. *Quare potest, quomodo miserationes Dei sunt super omnia opera eius: & respondendum: quod istud du liciter intelligi potest.* Primo sic: miserationes eius, id est, diuina pietatis effectus, super omnia opera eius, id est, ad omnem se creaturam extendunt: omnibus communicantur & insunt: Hoc autem simpliciter & generaliter verum est. Et paulo post. Secundo intelligitur sic: miserationes eius supra omnia opera eius, id est, effectus diuina misericordia maiores & evidenter sunt cateris Dei operibus: utpote quod plus abundant in creaturis, quem effectus diuina iustitia: iuxta illud Iacobi, *Superexaltat misericordia iudicium.* Si autem hoc modo intelligatur, non videtur verum esse, nisi quantum ad viatores.

VII. Porro, Deum esse tardum ad iram, quod citatur è 34. Exodi: id

vero non significat Deum nolle ullum prædestinare ad damnationem: sed differre eorum punitionem, qui destinati sunt: itaque utrumque esse verum: & multos prædestinari ad interitum: & tamen hos plerosq; omnes sero puniri. Quod tanto magis à nobis est, quanto certius, durissime omnium puniri tandem, quos tandem Deus expectauit. Ad Roman. 2.

VIII. Exodi vigesimo secundo dicitur esse Deus misericors ad mille generations: at non in omnes: sed in eos tantum a quibus amatur. Atqui huius ordinis minima omnino pars hominum fuit semper. Quid hoc igitur ad argumentum pertinet?

IX. Secundum profert Sanctius, ex Sapientia 11. *Misericordia omnium: quia omnia potes: & dissimulas peccata hominum propter paenitentiam.* Et posterioris Petri tertio, dicitur ultimum iudicium differri, ut omnib; sati sit temporis ad resipiscendum Ezech. 18. *Nunquid voluntatis mea est mors impii,* dicit Dominus Deus: & non ut conuertatur à viis suis, & vivat? Rursus, *Nolo mortem peccatoris,* dicit Dominus Deus: *revertimini & viuere.* Posterioris ad Corinth. 1, dicitur Deus Pater misericordiarum. Iocelis 2. *Benignus & misericors: patiens & multi & misericordia: & præstabilis super malitia.* Abacuc 3. non posse obliuisci misericordia sua in ira sua, ac furore. Genes. 18. pollicetur ipse se condonaturum Sodomæ & Gomorræ peccata, propter decem iustos. Exodi 32. propter unum Moysen placatus est populo. Ezechiel. 22. conqueritur. *Quasi si de iis virum, qui interponeret sepem: & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.* Secundi Reg. 8. *Noluit Dominus disperdere Iudam,* propter David seruum suum. Denique Ionæ 4. *Tu doles super hederam in qua non laborasti, neque fecisti, ut cresceret: quia sub una nocte nata est, & sub una nocte periret.* Et ego non parcam Ninive ciuitati magna: in qua sunt plus quam centum viginti millia hominum, qui nesciunt, quid sit inter dexteram tuam, & sinistram, & inuenta multa?

X. Ita vero quorū? Nam, si, ut declamaret de immensa Dei misericordia: gratiam laboris libentes fecisset: est n. alterius temporis. Nam nunc quidem disputandum potius de eius iustitia. An vero putat se confidere posse, nullam esse prædestinationem reproborum: quia Deus sit infinite misericors? Monstrum Dialetici. Quasi quis noctem esse negaret, quia Deus habet lucem *αὔγοστον*, prioris ad Timotheum 6. Atqui esse cuncte infinite iustum constat: quis ob eam rem negat misericordia? Et vero utramque Scriptura prædicat. Patiens est, & magna misericordia: at idem est fortis & zelotus. Pepercit Niniue: at non pepercit Sodomæ & Gomorræ. Noluit disperdere Iudam propter David: at idem visitat iniquitatē patrum in filios ad quartam generationem. Quod multa? Idem Iobel, qui, & benignū, & misericordem, & patientē, & præstabilē super malitia (ut imperite dixit Latinus Interpres) descripsit: idem, inquit, codice capite descripsit diem Domini, diem tenebrarū, & caliginis: nubis & turbinis, *Ante faciem eius ignis voras & post eum exurens flama.* *A facie eius cruciabā: ut populi omnes vultus redigentur in olla.*

XI. Cæterum eorum locorum nonnulli pertinent ad *εὐαγγέλια.* Ezechiel. 18. & 22. Genes. 18. Quod euincio, partim ex verbis, partim ex re ipsa. Nam Ezechiel usurpat verbum γένεται, quod non simpliciter est velle, sed delectari, desiderari, εὐαγγέλιον; ut alias obliteratum. Quis autem negat, posse Deum velle, & tamen non delectari morte peccatoris? iste enim certum, si nullo modo veller, nullo modo eam futuram. Est autem: imo infligitur ab ipso Deo iustissimo iudice: vult ergo. Sed non delectatur.

XII. Deinde res ipsa perspicua est. Nam *εὐδοκία* Dei, quam alii appellant voluntate beneplaciti, semper impletur: neque id tantum: sed etiam ita prædictet omnibus rebus, ut nihil fiat, nisi ea præeunte. Quum tamē *εὐαγγέλια* non semper impletur: imo vero, quæ hominum nequitia est, contra eam multa fiant quotidie: quia non est illa voluntas, qua Deus sua dispensat opera sed quæ legem dedit hominibus: & significat, nō quid ipse facturus sit: sed quid velit ab hominib; ex officio fieri. Nō vult morte peccatoris Deus; & tamen peccator moritur. *Anima qua peccaveris, ipsa morietur.* Quæsiuit, qui interponeret sepem: nec inuenit. Pollicitus est se condonaturum Sodomæ propter paucos bonos: nec tñ pepercit. Nempe igitur non obstant ista; quominus iustus sit Deus destinando in probos ab æterno merita dānationi.

XIII. Sapientia liber Apocryphus, autoritate caret in rebus fidei. Et tamen nihil habet incommodi, *Misericordia omnium.* Carthusianus. *Quia Creator uniuersa pie conseruat in esse, & prouidet creaturis, viatoribus quoque misericordia est.* Ergo non contradicit prædestinationi ad interitum. Enimvero, si etiam homo iudicaret, & damnaret, & tamen etiam cum cum damnatur eius misereri; cur non & Deus? Et sane ita est: misericordia etiam eorum quos destinauit ad damnationem: quia haec misericordia est *εὐαγγέλια:* damnatio, *εὐδοκία;* Rursus, *Dissimulas peccata hominum propter paenitentiam.* Omnino ita est. Sed sensus, non puniri subito peccata, ut inuitentur peccatores ad paenitentiam. Sed ad paenitentiam tamen nemo venit, nisi destinatus ad vitam. Itaque hæc inuitatio non est decretum Dei: sed voluntas signi. *Diligis omnia quæ sunt.* Carthusianus, *inquantum sunt:* alias mendacium est: nam odio habui Esau. Itaque statim: nec enim odians aliqd constituit, aut fecisti. Et sane certum; quæcumque Deus fecit, fuisse valde bona: non igitur faciebat, quia oderat: nec tamen impeditur prædestinationis.

XIV. Tertium argumentum est à Mediator: Si Deus hominibus omnibus dedit Christum Mediatorem: Ergo vult omnes homines saluari. Probatur antecedens. Quia Christus naturam communem hominum assulpsit: unde Paulus arguit omnes esse capaces salutis. Item: *Quia eius meritū sufficit omnibus.* Ioannis 2. primæ, *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nec pro nos sibi soli, sed etiam pro totius mundi.* Item, quia i. ad Tim. 1. Fidei est hic sermo: & modis omnib; dignus quem amplectamur: *Christum Iesum venisse in mundum, ut peccatores feruaret.* Matth. 9. *Non veni, ut vocarem inustos: sed peccatores ad resipiscendam.* At Hebr. 2. *ut beneficio Dei pro omnibus mortem gubaret.* Ioannis 1. omnibus dicitur attulisse potentiam fieri filios Dei: Denique, quia peccatum Adami non magis abundauit, quam gratia per Christum, quinto ad Romanos. Et, si per unius offendit male euenerit omnibus hominibus: oportet per iustitiam unius bene euenerisse omnibus in iustificationem.

XV. Sed Christus Mediator hominibus dicitur datum sufficienter, vel efficaciter. Sufficienter quidem, ut sufficeret omnibus omnino saluandis hominibus, si omnes essent saluandi: ut sol sufficienter illuminat omnes homines; quia sufficit omnibus illuminandis, si possint illuminari, id est, non

non sint cœci. Efficaciter vero, qui reapse & auctu concilier homines Deo ad vitam æternam: ut sol efficaciter illuminat non cœcos. Si in argumendo intelligitur Christus datus sufficienter Mediator: negatur consequentia. Nam, et si sol sufficiat omnibus illuminandis: tamen ille natus erat cœcus, ut opera Dœi manifesta fierent, Ioannis nono. Sic, et si Christus unus sufficiat omnibus saluandis: quod tamen vix serio videntur credere Papistæ: alioquin, quorū illis tanta mediatorum turba? Sed, si sufficiat, non sequitur tamen, Iudæi non fuisse filium perditionis: Ioannis decimo septimo: aut nulla esse vasa iræ apparata ad interitum, ad Romanos nono.

XVI. Sin autem intelligas efficaciter negatur antecedens. Nam si efficaciter omnibus esset Christus mediator: ergo omnes re ipsa reconciliarentur Deo: ideoque essent amici Christi: qui titulus proprius est discipulis; Ioannis 3. Amicus sponsi, qui stat & audit eum. Decimo quinto, Duxi vos amicos: quia omnia que audiui à Parremo, nota faci vobis. Item, si est efficaciter omnium Mediator: ergo pro omnibus oravit. At falsum consequens: Ioan. 17. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo: sed pro iis quos dedisti mihi, quia tu sunt.

XVII. Itaque, qui ad antecedentis probationem numerantur loci, inutiles sunt. Primo, ille ex prima Ioannis falso recitat. Non enim dixit Ioannes, omnibus datum potest, ut sicut filii Dei. Nam hoc certum, aut nihil omnino, non esse currētis, neque volentis: sed misericordis Dei. Dixit Ioannes, de quibusdā duntaxat, Quotquot enim eum receperunt, dedit eis hæc dignitatem ut filii Dei fuerint. Dignitate Beza reddidit iezuī, longe apius, quam potestate. Quis enim sensus esse legitimus potest? Nam qui filium acceperunt iij iam non potestate, sed actu sunt filii.

XVIII. Reliqui de sufficiencia sunt intelligendi. Ac proinde recte Sanctus, à natura humana Christi Paulus docere omnes esse capaces salutis. Recte, inquam, capaces: at non saluos tamen. Neq; enim est, ut, quisquis capax est salutis, statim saluus sit: alioquin, nemo omnino damnatur. At Reprobatio corum est, qui, et si sint capaces salutis, tamen non sunt saluandi. Imo, nemo reprobatur, nisi qui capax est salutis: non enim lapides, non arbores, non montes, non similia.

XIX. Recte etiam, ex primæ Ioan. 2. Christi meritum omnibus sufficere. Caietanus, Magnus excessus iustitiae: ut satificerit, non pro peccatis electorum tantum, sed etiam pro peccatis totius mundi: quamus non omnibus profuerit, quod ultimum effectum, qui est aeterna felicitas. Melius Lyranus, Scilicet, quantum ad sufficienciam: sed pro electis tantum, quantum ad efficientiam: nam alii ponunt obiectum. Salmero in eundem locum, Saluator quidem omnium hominum est in potentia, & in causa, & in merito præteriorum, presentium, futurorum: actu vero, tantum est salutem acceptantium. Recte. Salutem autem non acceptant, nisi prædestinati ad salutem. Acto. 12. Crediderunt, quotquot erant prædestinati ad vitam aeternam. Nihil ergo obstat, quominus fint aliqui reprobi, filii perditionis.

XX. Eadem mens est Apostoli ad Hebreos: Thomas, Pro omnibus Ecce utilitas. Pro omnib. autem duplicitate potest intelligi: vel, ut distributio accommoda: scilicet, pro omnibus prædestinatis: pro istis enim tantum habet efficaciam. Vel absolute pro omnibus, quantum ad sufficienciam. Sufficiens enim, quantum ad se, omnibus est. Prioris ad Timotheum, quarto: Qui est Saluator omnium, maxime autem fidelium. Chrysostomus, Pro omnibus hominibus generaliter mortuus est: quia omnibus precium sufficit. Et si omnes non credunt, ipse tamen, quod suum est, impleuit. Eam ob causam, Paulus ipso statim, non omnes deductos filios in gloriam: sed multos, dixit: ut ostenderet, et si gustaret mortem pro omnibus; tamen, non propter ea omnes saluari.

XXI. Sed enim, quis nescit venisse Christum, ut peccatores saluaret? Aut, quid hoc ad nostram controversiam? Quasi vero, aut nominati peccatores absque illa exceptione, & non potius indefinite: Aut electorum ad vitam nemo sit peccator. Atqui Paulus eo ipso loco prioris ad Timotheum, scilicet primum peccatorum confessus est. Vno verbo. Certum est, venisse Christum, ut peccatores saluaret: quia nemo saluatur, nisi peccator: non vero, quia nemo peccator non saluetur. Quod si quidam peccatores damnatur, nihil est causa, cur reprobatio impugnetur.

XXII. Illa ex quanto ad Romanos videntur prima fronte magis virgere. Peccatum Adami non magis abundauit, quam gratia Christi. Puerilis negotio. Etsi enim plures damnandi sint, quam saluandi, quod, & per se certissimum, & iam antea confessum à Sancto: tamen superabundauit gratia. Non potuit enim illa peccatum vincere, si non superabundauit. At vicit: ut patet in electis: Ergo superabundauit. Vel aliter. Superabundauit intensius, et si non extensius. Chrysostomus, ἡ τὸ κολάσιον ἀπόκλειστον· ἀλλὰ εἰ μαρτυρεῖται ἡ φθονή ζελοῦ ἰδαῖς, Νοῦ enim supplicio liberavit solum: sed tum peccatorum remissionē donavit, tum vitam. Oecumenius, ἡ τὸ μόνον τὸν αὐτοτηταῖς ἀπόκλειστον· ἀλλὰ εἰ μνησίᾳ ἡ μνήσις δέδωσε, Non tantum peccatis liberavit, sed etiā infinita bona donavit. Sedulius, Manifesta est enim quantum peccatis, ut sciretur gratia magnitudine. Est autem grandis superabundantia, quod ubi peccatum fuit, & mors, ibi non est gratia, & iustitia. & vita aeterna. Toletus. Attende non esse excessum possum in pluralitate hominum sed est pondus sententia in effectu ipso: quia maius bonum efficit Christi gratia in his multis, quam delictum, & casus. Ad malum induxit. Peterius, Ergo gratia Christi superat Adami peccatum, non (ut in scholis loquuntur) extensis, sed intensius. Quod statim latius explicat Sadoletus in eum locum, Superabundauit, ut quemadmodum peccatum in mortem nostram regnauerat, id est, per mortem oppressos nos tenuerat: ipsa ita nunc Dei gratia in nobis regnet per iustitiam, per quam, ubi in eos nos effecerit, ab illa iustitia vita, in vita aeterna & beatitudine intrahit.

XXIII. Atqui, inquit Sanctus, si per unius offendit male fuit omnibus hominibus: Ergo per unius iustitiam, oportet bene esse omnibus. Imo absurdum consequentia, facile refutatur ipso euentu. Nam per unius offendit, realiter & actu, male est omnibus hominibus. At per unius iustitiam non est realiter & actu bene omnibus: quod aliter esse debuit, si legitima est consequentia. Itaque, non sic Apostolus. Multos enim ille dixit: cauit, ne omnes dicent. Si unius delicto multi moriuntur, multo magis gratia Dei, & donum per gratiam, qua est unius hominis Iesu Christi, in multis redundauit. Et post, Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientiam iusti constituentur multi. Iam si quereras, quinam illi multi sint, in quos gratia redundauit: respondet ipsius Pauli verbis, Si per unius offendit mors regnat per unum, multo magis ii qui re. in. antem il-

lam gratiam, & donum iustitia accipiunt, in vita regnabunt per unum Iesum Christum.

XIV. Itaque illud, Sicut per unius offendit reatus venit in omnes homines ad condemnationem: ita per unam iustificationem, beneficium redundauit in omnes homines: commodity interpretatione molliendum: alioquin & rōtor, apertissime falsum. Toletus existimat agit tantam de vita corporis: Itaque, omnes tum bonos, tum malos, resurrectos per Christum. Sed hoc commentum tota refellit Paulina disputationis series, qua agit de redēptione, & iustificatione. Itaque, alii maluerunt, vel de sufficiencia intelligere, vel contrahere voculam, omnes. Chrysostomus, ὅτι εἰ Διόγειος παραπομπὴ οὐνές εἰναι λόγον τὸν ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὸν αὐτὸν τὸν οὐνέοντα τὸν θεοῦ λόγον, Quia, si propter peccatum illius in omnes animaduertit, possint utique, vel hinc iustificari. Possint, inquit, ut sufficienciam denotet, non efficaciam. Thomas, Sed videtur hoc falsum: Non enim omnes homines iustificantur per Christum, sicut omnes moriuntur per Adam. Sed dicendum, quod intelligentem est, quod sicut omnes homines, qui nascuntur carnaliter ex Adam, incurrit condemnationem per eum peccatum: ita omnes, qui renascuntur spiritualiter per Christum, ad ipsiū iustificationem vici: quia dicitur Ioannis tertio, Ni quis renatus fuerit de novo, ex aqua & Spiritu Sancto, non potest, &c. Quamvis possit dici, quod iustificatio Christi transit in iustificationem omnium hominum, quantum ad sufficienciam: licet quantum ad efficientiam procedat in solos fideles.

XV. Quartum argumentum Sanctus, est à vocatione. Si Deus omnes peccatores vocat: Ergo omnes vult saluari. Probatur antecedens: Matthæi 20. locantur vinitores absque discrimine. Et 22. omnes inuitantur ad nuptias. Et II. Christus omnes indiscriminatim hortatur, ut ad se veniant. Elia 33. Hes. 18. Deus irascitur aduersus desperantes, de sua salute. Hierem. 3. scilicet Deus magis misericordem pronuntiat erga quemlibet peccatorem, quam sit vir quisquam erga vxorem adulteram.

XVI. Respondeo, vocationem esse geminam, Efficacem, & Inefficacem: hanc, qui exterius fatum vocantur homines, proposita Euangeliū predicatione. Illam, qua simul interne & externe: ut quum Lidia purpura per Paulum ita audiit Euangeliū, ut simul eius cor adaperiret Deus, Acto. 16. De Vocatione inefficaci: primo negati potest antecedens. Certe enim non omnes peccatores vocantur exterio vocatione. Multi enim sic relinquentur in statu naturæ, ut de Christo ne audiant quidem. Psal. 147. Annuntiat verbum suum ipsi Jacob: statuta sua & iudicia sua Israeli. Non fecit sic cuilibet genit: & iudicia eius non nouerunt. Matth. 11. Si in Tyro & Sidone edit & fuisse virtutes, quae edita sunt apud vos, olim cum facio & cinere respuissent: Decimo, Inviam Gentium ne abiuris: & in urbem Samaritanorum ne ingrediamini. Quid: quod multi moriuntur infantes, qui ne audire quidem possunt?

XVII. Sed secundo, negatur consequentia. Nam & Matthæi 12. secundum verbi iacit in diuersa terra sola: ex quibus solum illud, quod est bene præparatum, producit fructum. Et 20. diserte: Multi sunt vocati: pauci vero electi. Quoniam (inquit Thomas in Catena) ex ipsis gentibus, qui multi vocati sunt, pauci sunt eligendi. Franciscus Lucas, Multi quoque saeculo vocati vocati que a Deo sunt ad Dei cognitionem & cultum: sed ex eis, pauci sunt a Deo electi ad vitam aeternam, quemadmodum patris familiæ non sic omnes acceptifuerunt, ut gratuitam suam munificentiam in omnes effunderet. Et post, Neque vero solummodo contestatur Iesu, non omnes vocatos esse electos, sed paucos: quo venit considerandum terrible iudicium Dei, non tantum hominum, verum etiam vocatorum, id est, recta in Deum fide aliquando donatorum: Christianorum, inquam, Israelitarum, & his antiquiorum fidelium paucos electos esse, si eiusdem conditionis reprobus conferantur. Denique Augustinus, de Bono perseverantia c. 9. aliquos vocari dicit non secundum propositum.

XVIII. De Vocatione efficaci, negatur antecedens. Non enim omnes sic vocantur. Non tantum quia multi omnino non vocantur: sed etiam quia ex iis ipsis qui vocantur, pauci sint electi. Inde Simoni, qui à Philippo sic vocatus, etiam credidisse dicitur. Petrus tamen paulo post Non est, inquit, tibi pars, neque sors in hoc negotio: Acto. 8. Et primus Ioannis secundo, E nobis egredi sunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum: sed ut manifesti fuerint non omnes esse ex nobis. Et Paulus 8. ad Romanos. cum dicit omnia vettere in bonum, τοις κατα τὸν ὄντος κατα τοὺς στοὺς, iis qui ex proposito ipsius vocati sunt: satis innuit non omnes uno eodem modo esse vocatos.

XIX. Ad locos quod attinet; primus de operatis, intelligendus de vocatis efficaciter; qui post vocationem in vinea laborant; id est, operantur salutem suam. Nam iis solis merces redditur. Sed eos absque discrimine conductos non debuit Sanctus dicere. Nam etsi in eo textu nullum discriminem exprimitur: tamen ex aliis Scripturis nouimus fidem non esse omnium: & credere non omnes, sed electos ad vitam. Christus autem sibi eo loci & temporis proposuerat docendum, non omnia mysteria vocationis ad fidem: sed tantum, vitam aeternam gratia dari, non meritis reddi.

XX. Vocati ad nuptias, significant vniuersalem vocationem; non vero efficacem Argumēnum certū: quia non omnes inuitati veneri: quod de efficaci gratia est absurdum dictu. Hierem. 3. primum vocantur Israel & Iuda ad penitentiam: sed ipsi renunt: quod exprimitur diserte à Prophetā: itaque locus pertinet ad vocationem non efficacem. Deinde conseruit se Dominus ad promissiones gratiarum, & quidem efficacis. At non in quousquis, ut videri vult Sanctus. Nam primo tantum in Iudeos, id est, Ecclesiā suā, Reuertere, inquit, auersatrix Israel. Deinde etiam contractius, Assumam vos, unum de ciuitate, & duos de cognatione: & introducam vos in Sion. Non ergo omnes: etiam si omnes alioquin vocentur. Quare nihil habet haec misericordia, quominus certa sit reprobatio. Tum autem hoc preceptum est iubentis ad penitentiam redire. At præceptum ipsi Scholastici numerant voluntate signi: quæ non sit voluntas nisi pœna pœnitentia, nec semper implieatur.

XXXI. Reprehendi desperationem, & merito; quis non patiens audiat: Immane peccatum: directe contra voluntatem Dei, & quidem misericordem. Sed hæc profecto prohibito est: id est, ex vsu Papiratum, voluntas signi: quæ non impletatur: & pœna pœnitentia sit voluntas. Quanquam Hierem. 3. decimo octavo non ea desperatio est quæ putatur à Sancto: sed induratio: quum obfirmant se peccatores in peccatis suis. Verba, Desperamus:

spurcavimus: siue, ut Pagninus vertit, desperatum est: post cogitationes nostras ibimus: & uniusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Hæc autem quid contra æternam reprobationem?

XXXI. Ex Hieremias 3. primum falso locus recitat: non enim in quenlibet peccatore, sed in populum suum Israelem & Iudam: quem reuocabat a peccatis ad se, speciali cura: quam non impedit similiter omnibus peccatoribus; ut Ethnicis non paucis: multis infantibus. Itaque se viro, populum uxori comparat. Et hæc opinor, comparationis ratio non cadit in omnes homines: sed in eos tantum, quos in Ecclesiam collegit.

XXXII. Secundo misericordia Dei non tantum significat destinatio nem ad salutem: sed etiam vocationem ad media. Vocantur autem multi, ex quibus pauci sunt electi. Itaque hæc misericordia in peccatores vocando ad penitentiam, quæ est salutis via, non excludit reprobationem: quomodo vocatio Illicitorum, ad discipulatum, non obstat quominus esset filius iræ.

XXXIII. Quintum argumentum: Si Deus omnibus indiscriminatim promissiones offert absolutas, gratuitas, nec conditionatas: Ergo omnes vult saluari, non nullum reprobari. Probatur antecedens: Quia non est acceptio personarum apud Deum. Quia media ad salutem indiscriminatim conceduntur electis, & reprobis. Quia Esaiæ 55. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, proferate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque villa commutatione, vinum, & lac.* Quia Christus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; Ioan. 1. Quia etiam pueris, secundum Caluinum, dat sanctificationem ab utero. dat baptismum.

XXXIV. Sed enim, quas mihi Sanctus appellat promissiones absolutas, gratuitas; non conditionatas? Nam si absolute, id est, omnino, certaque implendas in singulis, valeret consequentia: Sed negatur antecedens. Sin autem promissiones gratuitas, id est, absque meritis; conceditur antecedens: sed negatur consequentia.

XXXV. Ad probations antecedentis. Non esse apud Deum ~~accordatio~~, intelligo. Actorum 10. ad Romanos 1. ad tollendum discrimen Iudei & Graeci. Iterum ad Ephel. 6. de seruis & Dominis. Item ad Collos. 3. ut proberetur, eum, qui facit iniuriam, relaturum iniuriam. Sed nusquam, ut doceatur Deus neminem ab aeterno reprobare. Neque ex illis positum hoc consecutarium potest inferri. Media ad salutem indiscriminatim offerri reprobis & electis, concedo: Sed dico, non aboleri igitur hac ratione discrimen electorum & reproborum: sed supponi. Esaiæ locus agit de gratuita salute, quæ proponitur omnibus, et si non omnes sint ab aeterno electi, ut alias dictum.

XXXVI. Christus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: sed cum exceptione commoda, ut docuerunt olim Theo-

logi, quomodo cum Paulus dixit, omnes homines Deum velle salvos fieri. Efti igitur alii aliter: tamen omnes consentiunt, non esse Ioannis verba intelligenda vniuersaliter, & absque villa exceptione. Effe enim certum non omnes homines hac luce illuminari. Ne illos quidem excipo, qui hanc illuminationem perperam intellexere de naturali lumine rationis: Nam hi profecto huc deuenierunt, nullam aliam ob causam, nisi quia vniuersalem esse propositionem viderunt falsam esse, si de illuminatione ad salutem intelligas. Hoc autem sufficit nobis. Sequitur enim inde non agi de voluntate Dei, quam beneplaciti vocant, siue *voluntas*: ad quam praedestinatio pertinet & reprobatio.

XXXVII. Sanctificatio puerorum ab utero, quorum sum hoc sic inducta, non video. Primo enim illa pertinet ad natos ex fidelibus tantum. Saltem ergo nati ex infidelibus poterunt praedestinari ad damnationem: quia ad eos hæc sanctificatio nihil attinet. Deinde, in ipsis natis ex fidelibus, ipsa hæc sanctificatio non obstat reprobationi. Nam codem sensu Paulus dixit 11. ad Roman. *Si primis sanctis, etiam massa; si radix sancta, etiam rami.* Item. *Diliguntur propter patres: & tamen non propterea non dixit & Iudeos abiectos, & Esau odio habitum. De ea autem Sanctificatione alias dictum.*

XXXVIII. De Baptismo infantibus administrato, non est alia ratio. Primo enim non administratur omnibus: sed potius paucis, si bene suppites: Excipiuntur enim omnes nati ab Idololatriis Ethnicis, & qui manifesto sunt extra Ecclesiam: item quicunque, vel in utero pereunt, vel statim ab utero. Quid ergo hos impedit ab aeterno reprobari? Tum autem, Baptismus non infert necessario praedestinationem ad salutem? Cur enim magis, quam Circumcisio? Nam Esau fuit circumcisus octavo die: & tamen exodus Deo ante quam nasceretur.

XXXIX. Postremum argumentum: Si Deus agit omnia quantum in se est, ut hominem saluet: ergo neminem praedestinavit ad interitum. Probatur antecedens: Esaiæ 5. *Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicare inter me & vineam meam. Quid est quod debui ultra facere vineam meam, & non facie ei?*

XLI. Sed primum Sanctus est impostor, qui, quod de vinea Dei, id est, Ecclesia, dictum est, id de omnibus hominibus intelligat: quod nec potuit, nec debuit. Multa enim in Ecclesiam Deus confert, quæ reliquo orbis negat. Non enim fecit taliter omni genti, inquit Propheta. Non ergo facit omnibus, quæcumque potest: ideoque nihil obstat hæc ratio, quomodo si alios praedestinet ad interitum. Secundo, hæc ipsa intelligi debent de modis externis ad salutem: quæ communicantur etiam multis reprobis, qui vocantur vocatione non efficaci. At hæc vocatione non contradicit aeternæ praedestinationi ad interitum.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

LIBER OCTAVVS, De PRÆDESTINATIONE.

Caput Primum.

STATVS CONTROVERSIÆ DE CAVSA Prædestinationis.

VNUS agendum de Prædestinationis causa. Nam hæc teria superest controversia. Eam Catholici nullam agnoscunt præter Dei voluntatem, id est, *voluntas*; et si non sine mediis ad exequitionem prædestinationis deueniatur: quomodo in omnibus rebus solet fieri: quandoquidem res omnes docuimus prædestinationi subiacere.

II. Docent igitur ex humani generis massa, iam ab aeterno, Deum alios quidem prædestinasse ad salutem aeternam, id est, elegisse: alios autem prædestinasse etiam: sed ad interitum aeternum, id est, reprobasse. Et utrumque quia voluit. Itaque causa dari nullam posse superiorum. Itaque eos incipire, ac longe longeque discedere à ratione, qui querunt causam, quare hæc prædestinari volent ad salutem, illum vero ad interitum.

III. Sed ad exsequitionem decreti, quod ita factum in aeterna Prædestinatione, in utramque partem concurrende media, quæ ipsa non possunt non subiici prædestinationi. Hic ergo veram, & iustum esse Damnationis causam Peccatum: nempe quia nemo, aut damnatus sit vñquam, aut damnatur, aut damnandus sit, nisi propter peccatum: ac proinde, re auctuque, præcedente peccato: quod inuisit omne genus humanum: ita ut, si libaret, posset Deus absq; vñla iustitiae nota, omnes homines nullo penitus excepto in aeternum ignem præcipitare. Quo iure egisse manifestum in omnibus Angelos malos.

IV. Sed salutis alia ratio est. Qui enim inuenit unde damnet, non inuenit unde saluat. Itaque in Electione, non prædestinatione tantum pendet à merita gratia: sed etiam exsequio. Nam & saluantur quidam absque meritis, vi infantes: & qui non sine mediis, tamen ex gratia, non ex meritis: quia hæc ipsa media à gratia.

V. Apud Papistas hac questione nihil intricatus: nihil incertius: nihil obscurius. Itaque Joannes à Bononia, manifestum esse dicit, nondum esse eius satis cognitam veritatem. Et ante eum Biel, in Distinct. 41. 1. sentent. questionis difficultatem existimauit omni viatori absconditam. Nec vero aliud inferas, ex tam multis distinctionibus: tamque variis ac pugnantibus sententiis: quas recentent, tum Joannes de Bononia: tum Suares, lib. 2. de Prædestinatione c. 23.

Toma. III.

VI. Prima sententia pugnat c. *Agapetus* cum sententia Catholicorum: Et docet, prædestinandi alios ad salutem, alios ad damnationem, causam suis Deo, prævisionem futurorum, id est, quia præviderit qualis quisque futurus esset. Nemirum, ut eos destinaret saluti, quos libero suo arbitrio benevolent, & prospiceret, id est, assenturos gratiæ oblatæ, Euangeliūq; amplexuros. Eos autem damnationi, quos eodem arbitrio abutentes, gratiam repudiatus videbat, & Euangeliū, vel auersatuos oblatum, vel etiam abnegatos semel admissum.

VII. Ab his extremis sententiis, quarum alteram minus duram & crudelēm (ita enim loquuntur) alteram nimis Pelagianam, probare se negant, varie variis deflexerunt, magnō etiam verborum ambitu, nonnulli obscuritatem affectantes.

VIII. Sunt, qui hominis naturam distinxerunt: Deum hominem creasse in primo signo naturæ, capacem felicitatis aeternæ. At in secundo naturæ signo, prædestinasse, quatenus prævidit bene maleveños libero arbitrio. Sed hinc nihil dicunt noui: omninoq; idem sentiunt cum proximis: nisi quod sunt magis magni nugatores. Nam primum illud signum naturæ, quid aliud est, quam natura humana in abstracto? Et hanc sane creatam capacem aeternæ felicitatis, negare nemo potest: at eadem ratione nihil prohibet, immo vero neesse est fateri capacem aeternæ damnationis: nemirum quia, et si non omnes damnantur, tamen aliqui: non possent autem aliqui: si omnino natura damnationis non esset capax: quomodo equus nullus, nullus lapis, immo nulla stella damnatur, aut saluator. Ridicule ergo prædestinationem in hoc signo naturæ interpretantur de capacitate salutis: quæ est aequæ damnationis.

IX. Sed secundum signum, considerat hominis naturam in suis individuis: de quibus in tota hac cōtrouerſia necessario loquendum. Itaq; sensus est, ex humanæ naturæ individuis, alios, puta Iacobum, Paulum, prædestinatos ad vitam: quia præviderit Deus futurum, ut sibi vocanti obtemperarent: at Esau, Iudam, destinatos ceteris flammis, quia scivit Deus eosdem pertinaces futuros aduersus gratiam. Atq; ita stabilitur secunda sententia.

X. Sunt igitur, qui omnes predestinatos velint ad vitam: sed quosdam absolve, alios conditionaliter, illos specialiter, eminenterq; electos: itaq; necessariō futuros beatos. Istos tantum vniuersaliter & generaliter: & co-

K rum

DE PRÆDESTINATIONE.

rum quosdam saluari: alios sua culpa damnari. Hi ergo necessario duplum prædestinationem faciunt, non ratione tantum diuersam: sed etiam re disparatam; vnam, quæ certa sit, præsupponens decretum particulare: alteram, quæ incerta. Et partim implatur quasi forte fortuna: partim vanitatem, ac in auras éuanescat.

XI. Sunt qui Prædestinationem ita separant à Reprobatione, ut illius quidem (id est, Electionis, nam ita appellant) nullam causam in homine agnoscant: quia gratis nullis que meritis præuisis destinetur. Sed reprobationis non item: reprobari enim neminem nisi præuisis meritis.

XII. Ioannes de Bononia putavit relictum sibi adhuc subtilitatis locū: magisq; confidentia processit in medium, Concilio Tridentino sua fuisse; ut suam sententiam sanctificaret. A Deo primum hominem, omnesque eius posterōs ea ratione conditos, ut æternæ felicitatis essent futuri participes: eaque omnia dare voluisse, quæ ad beatitudinem consequendā necessaria esse putaret: atque ea quoq; omnia remouisse, quæ obstante: neque vilium hominem inquam, non animaduersis prius meritis à beatorū confortio excludere, atque æternis cruciatus addici voluisse. Itaque prædestinationem esse ordinationem Creaturæ rationalis per media congrua ad vitam æternam, procedenter à libera & gratuita voluntate diuina, quæ a sequitur, si fieri in mandatis legis. Reprobationem vero nihil aliud esse, quam iustum iudicium, quo Deus vult ab æterno vlcisci peccata præuisa.

XIII. Πολλὴ φήνα εἰσι, Deum condidisse primum hominē. Quid hoc vero ad prædestinationē? Nam illa conditura, creatio est: nec est æterna. Prædestination autem æterna: itaque non potest se qui creationem: quæ est potius prædestinationis exequitio. Prædestinationē esse ordinationem creature rationalis ad vitam æternam. Ergo supponit prædestinationē non tantum à reprobatione penitus separandam: sed etiam pertinere primo & viuens aliter ad omnem creaturam rationalem nullo discrimine. Vnde fit, vel non esse eam particulariter singulorū hominū, sed instar tūdī regii, Quisquis legitime vicerit, coronam obtinet. Vel, si singulorum, tū esse incertam, & fallacem, Si stetit in mandatis legis. Quid ergo? Est-ne hæc hypothesis certa, an incerta? Si certa, ergo à Deo præuisa. Itaque reprobatio est ex præuisis meritis: ut hoc tantum differat hæc sententia à præcedente: quod non æque electionem, & reprobationem velit esse ex præuisis meritis. Sin incerta, ergo & ipsa reprobatio.

XIV. Cardinalis Constantinus Sarbanus in Conciliatione Thomæ & Scoti, controverſ. 27. Prædestinationem accipi duobus modis: uno modo pro possessione finis, id est, gloriæ, & cœli: & sic pro causa, habere opera nostra, ac meritū: & bonum liberiarbitrii vñum. Alio modo pro æterna intellectu & qualis creaturæ prædestinationis & destinationis præparatione ad gloriam: & sic habere pro causa diuinam voluntatem, & diuinum beneficium. Immanem nugatorem! Prædestination pro possessione finis. Prædestination pro præparatione prædestinationis. At hæc monstra verborum quis intelligat? Enimvero, si reuiuiscant Thomas, & Scotus: nē illi huic malo conciliatori male conciliati, malum conciliarent.

XV. Ioannes Antonius Delphinus eandem in institutione, tum Prædestinationis, id est, Electionis, tum Reprobationis. Vtramque distinguit in materia iter considerans, & formaliter. Prædestinationē & Reprobationē materialiter, quatenus vtraq; actus est diuinę voluntatis: formaliter autem quatenus respectus est ad homines. Rursus illud formaliter, vel ipsorum hominum ad gloriam, sive misericordiam: vel ipsius gloriæ sive miseriæ. Prædestinationis, Reprobationisq; materialiter, nullā esse causam ex parte hominū: quia actus diuinæ voluntatis, sicut ipse Deus, cuius causa esse nulla possit.

XVI. Ceterū Prædestinationis, Reprobationisq; causas inquinique, Efficientem, Finalem, Materialē, Meritoriam, sine qua non. Efficientem esse Deum: Finalem gloriam Dei: Materialē homines: Meritoriam Prædestinationis quidem hominum, Christum solum, gloria vero, bona opera, quæ diuinus intellectus prouider facturos homines iustificando, iam prædestinatos priori modo: Reprobationis hominum, peccatum omissionis: miseria, opera mala, & peccata quævis mortalia, sive omissionis, sive commissionis, quæ diuinus intellectus præuidet fore in iam reprobatis priori modo. Denique causam sine qua non, Prædestinationis quidem futurum assensum: reprobationis vero tuturum dissensum.

XVII. Beccanus duplēm Prædestinationē esse, sive Electionē: vnam ad gratiam, alteram ad gloriam, & illam peculiariter prædestinationē, istam vero Electionē dici. Prædestinationis generaliter nominatæ, ita ut comprehendat & gratiam & gloriam, effectus tres esse, Vocationē, Iustificationē, Glorificationē. His positis, quæri tripliciter. Primo, an Prædestinationē primæ gratiæ, facta sit ex meritis præuisis, vel liberiarbitrii præcedentibus primam gratiam: vel gratiæ, sequentibus. Illud Pelagianos male affirmasse: Hoc vero Scholasticos aliquos affirmare: sed longe plures negare. Secundo, An Prædestinationē ad gratiam iustificationis facta sit ex prædictis meritis præcedentibus, vel liberiarbitrii, & hoc affirmasse Pelagianos: vel Gratia de conguo: & hoc negasse. Dominicum à Scoto: affirmare alios Tertio: An Prædestinationē ad gloriam facta sit præuisis meritis de cōdigno: vel liberiarbitrii: atq; hoc fuisse Pelagianorū: vel Gratia: & hic Scholasticos alios negare: alios affirmare, (& in his ipse Beccanus videtur nomen suum profite.) Ita tamē, vt si de nomine queratur, nō licet dicere Prædestinationē facta esse ex præuisis meritis: imo hoc simpliciter negandum esse: quia nec primus effectus, nec tota complexio effectus sit ex meritis. In quo mihi illud, præter cetera, videtur mirum: cur hoc postremum enunciatum quæstionē appellat de nomine: nam ego quidē potius credidisse esse de ipsa. Nisi forte ille velit aliter rem se habere: aliter vero loquendum esse. Ille viderit.

XVIII. Quod attinet ad Reprobationem, hanc esse duplēm: videlicet reiectionem à gratia: & reiectionem à gloria. Vtiusque bina effecta illius permissionem peccati, & obdurationem: huius exclusionem à gloria, & inflictionē pœnae sensus. Quæri ergo primo, an ex parte hominis reprobit, vñum peccarū aut demeritum, propter quod permittatur labi in peccatum. Et hic distinguiri personas. Alias enim originali peccato strictas: & in his causam esse, ipsum illud peccatum. Alias vero non strictas, puta Adamū ante lapsum, & infantes baptizatos: & in his nullam esse causam præter voluntatem Dei. Secundo, vtrum obdurationis sit aliqua causa. Et respondet, semper in eo qui obduratur, esse causam meritoriam, peccata præce-

dentia. Tertio, vtrum exclusionis à gloria, & inflictionis pœnae detur causa, & respondet dari: nempe peccatum.

XIX. Suares subtilitate quadam noua videtur omnes velle conciliare. Quibusdam prædestinationē esse tantum ad gloriam: alii ad gratiam simul & gloriam. Sed his dupliciter: aliquos enim gratiæ nomine comprehendere tantum gratiæ sanctificantem, cum dono perseueratiæ: alios vero etiam primum auxilium: sed hos iterū dupliciter: nam alii prædestinationē esse actum multiplum, alii simplū. Primos igitur, quibus Prædestinationē nullā nisi ad gloriam, alios afferere prædestinari oēs ex præuisis meritis: alios vero, prædestinari quosdam nullis præuisis meritis: sed non omnes. Secundos, quibus prædestinationē est ad vñamque, gratiam, inquam, (excepta tamen prima) & gloriam, causam prædestinationis inuenire in omnibus prædestinatis: quia nōlīt Deus euquā dare gloriam, donec eum in gratia persevereturum esse præuerider: nec perseverantiam largiri, nisi qui bene vtratur primo illo auxilio: tunc autem prædestinat, quando illi hanc perseverantiam dare vult vñque ad gloriam.

XX. Qui primum auxilium comprehendant, hoc omnes docere, non dari causam ex parte prædestinati: ullam rationem, ob quam Deus habeat tale decretum erga illos. Verum enimvero, qui actum prædestinationis multiplum faciunt, hos afferere, Deū prius ratione, voluisse dare vocationē, quam iustificationem: & prius iustitiam, quam perseverantiam: & prius deniq; hoc statuere, quæ de beatitudine conferenda præfinire. Itaque primi decreti nullam posse causam dari ex parte hominis: reliquorum vero dari: vel dispositiuum, vel imperatoriam, vel meritoriam de conguo, respectu. Nimirum, quia decretum de iustificatione, superiorat præuisam dispositionem conceptum per vocationem: & sic de ceteris.

XXI. Denique, qui actum prædestinationis simplū esse volunt, eosdem pro certo habere nullam prouersus causam dari posse prædestinationis ex parte prædestinati. In quibus illud tantū de prædestinationis simplicitate, negat probare: ceteroquin censete ex parte prædestinati non posse ullam dari causam æternæ prædestinationis, sive ad gloriam, sive ad perseverantiam, sive ad gratiæ sanctificantem, sive ad bonos actus supernaturales: etiā talium effectuum, ut in tempore donātur, dari possit aliqua vel causa, vel ratio, ex parte hominis. Nec videtur Bellarmenus ab ludere: disputans ex professo lib. 2. de Gratiæ & Libero Arbitrio c. 9. Quamvis gratia sufficiens omnibet, tamen prædestinationis diuina nullam rationē, ex parte nostri, assignari posse. In quo ut nihil sit ambiguū, explicat, dixisse nullam rationem, ut excluderet, non solum merita propria dicta: sed etiam bonum arbitrii aut gratiæ, aut vniuersalē: simili vñum præuisum: etiam si non dicatur meritum, nisi de conguo, vel causa non vera, sed tantum conditio, sine qua non prædestinatur, qui prædestinatur. Franciscus Horantius transit in candem sententiam Locorum lib. 3. c. 6. Dico igitur nullā in diuina præscientia nostra ex parte causam inueniri, præter diuinā misericordiā & Dei nostrī gloriam, qua maxime hīc perlungit, quare Deus in preficio & certo numero ab aeternitate sua Santos sibi elegit: & sicut non alia ratio querenda est, cur homines nos Deus & non boves creauerit, cum in Dei manu esset canes nos fingere, quos ad imaginem suam formauit, non ob aliud nisi quia ipse voluit: sic in eadem voluntate quiescendum est, quotius de æterna prædestinatione sermonem fieri contingat.

XXII. At Gregorius de Valentia, videtur ad eos accedere potius, qui multiplicat̄ actum Prædestinationis, docent primi decreti nullā: reliquorum vero aliquam dari causam posse. Id ille significat alius verbis. Nihil ex parte nostri præcedere omnes prædestinationis effectus: atque eo sensu verum esse quod sanguis Theologi afferant cum Augustino: Prædestinationis causam esse nullam, præter ipsam Dei voluntatem. Veruntamen Prædestinationis, quoad aliquos particulares effectus causam esse in nobis fidem: & merita à Deo præuisa, esse causam prædestinationis, quod attinet ad ultimum effectum, id est, gloriam. Et idem nihilominus afferit si non præcedat præuisio totam prædestinationem: tamen esse coniunctam.

XXIII. Atque ita de prædestinatione, id est, Electione. At reprobationē Suares, & Bellarmenus distinguunt in Negatiuam, & Positiuam. Illam, qua negat Deus aliquos eligendos ad vitam. Hanc vero, qua constitutis certos homines destinandos ad interitum. Illius nullā esse causam præter voluntatem Dei. At huius esse causam, prævisionem peccati tum originalis, tum actualis finalis, id est, sicut in eo perseveraturus sit peccator ad finē vñque.

XXIV. Hæc tenus illi. Et libuit ita pluribus sententias repræsentare: ut & incertitudinem Papisticae Theologiae ob oculos ponere: & geniū Scholasticorum non patere incognitū. In illa, nihil de hoc articulo est certū. Mirare, Christiane lector. Nam inter Christianos qui potuit: cum certum sit primo in Scripturis haberi plurima, quæ ad hanc materiam pertineant, ipsis confitentibus Papistis: & post Scripturas, Ecclesiam (cui plus Papista tribuunt quam Scripturis) ab hereticis Pelagianis exercitam non fugiter eas Scripturas & euoluisse & ponderasse? Nam certe Augustinū constat, cum primo rem tractasset paulo negligentius, postea Scripturis diligentius institutum, in melius priorem sententiam retractasse: constat item in eius posteriorē consensisse Ecclesiam: testibus ipsis Iesuitis.

XXV. Quorsum vero tot distinctionum Māndri? Nam ii nulli erant apud Augustinum, pauci apud Thomam. Nimirum recentissimis solerant cornicū oculos configere: adeo proficiunt in deterius. Et nisi cohibuerit nostro seculo Deus immanem pruritum, erat in infinitum abiturus. Nam si non satisficerunt Ioanni à Bononia, præcedentium disputationes: quæ spes fuit satisfactum ipsum alius? Maxime, cum eius vota eluerit Concilium Tridentinum: adeo ut Iesuitis liberum fuerit, & contra eum sentire, & ipsos inter se non consentire?

XXVI. Quid x̄v̄r̄@r̄as dicam, easdem etiam κεισιφωνίας, ut cum idem dicant, tamen diuersum sentire vulerint? Hominem in primo naturæ signo prædestinatum dixerunt aliqui ad vitam. Alii malueret, omnes homines creatos esse ad salutem. Quantum putas interesse? Ego vix pilū. Prædestinatos sola Dei voluntate: sed prædestinatos ad gloriam ex præuisione operum, vna sententia est: alia, prædestinatos ad primum auxilium, gratis: ad reliquos effectus gratiæ, non sine præuisione: tertia, prædestinatos absq; vña causa ex parte sui præcedente omnes effectus gratiæ: at non item præcedente aliquos effectus. Hic auditus tam diuersis verbis tñnitibus, quis non putet sententias differre? Atqui vna est & eadem. Quid plura? Reprobationem negatiuam esse absque causa, ex parte præde-

prædestinati: positiuam non item. Reprobationem hominis ex sola voluntate Dei: at præparationem miseriae, ex præuisione: crepitum verborum variant: re pariant. Mirare pruritum humani ingenii. Mirare τὸ φιλανθρωπεῖον τὸ ἀξιότερον τὸ μικρὸν φιλοποιίας τὸ παιδεῖον.

XXVII. Sed illi nugas agant: nos disputemus. Primum: Prædestinationem naturæ in primo signo: prædestinationem generalem: prædestinationem hominum, exterminemus ab hac conuersia: cum Prædestinatione imaginatione quidem concipi possit, nisi ad aliquos euentus: euentus autem sint singulares: itaque non nisi individuorum. Imo ne prædestinatione quidem materialiter, non inepre dicitur: est enim omnino referenda ad aliquid: utpote quæ sit non simpliciter voluntas Dei: sed voluntas erga homines. Itaque, cum queritur, vtrum sit aliqua prædestinationis causa: intelligi nec debet, nec potest, vtrum sit ipsius diuinæ voluntatis aliqua causa: sed vtrum sit aliqua, quare Dei voluntas, vel salutem hominis decretuerit, vel damnationem.

XXVIII. Itaque omnino hæc erit quæstio: Vtrum prædestinandi homines alios ad salutem, alios ad damnationem, quedam causa sit ex parte hominum, que Deum mouerit ad sic prædestinandum. Ea constituta, examinabimus argumenta Papistarum aientium: & Catholicorum negantium.

XXIX. Et quia Papistæ aientes: caussam illam constituunt præuisionem meritorum, necessario præmittendum, inhonestam esse & illiberalem Ioannis Pauli VVindek, Classe 19. part. 1. de efficacia mortis Christi: imo Stapletoni, Antidotis in 9. ad Romanos, calumniam, Caluinum tradere. Prædestinationem Dei non includere erit præscientiam operum & cooperationis gratiæ cum libero arbitrio. Nam hæc certe procul absunt à Caluino, qui non tantum præscribit, sed etiam prædestinari media omnia docuit. Quomodo enim prædestinata, sine præscita quidem? Sed nimis alia quæstio est: vtrum idem qui prædestinavit ad finem, etiam præsciuerit media: Alia vero, vtrum ea præscientia mediorum causa sit prædestinationis ad finem. Illam Caluinus affirmit: hanc vero negat: & Catholici cum eo.

C A P. II.

De argumentis pro præuisione tum ad electionem, tum ad reprobationem.

I. IN argumentis Papistarum, afferentium prædestinationem ex præuisione, duo sunt, communia tum electioni tum reprobationi: quæ primum excutienda: postea actus specialiter de Electione, & Reprobatione.

II. Vnum est huiusmodi, apud Beccanum, & Gregorium de Valentia: & Stapletonum Antidotis Apostolicis in 9. ad Romanos. Hic, inquit Beccanus, illa regula seruanda est, qua frequenter vitetur Augustinus: Quicquid Deus in tempore confert alicui ex meritis, hoc ab æterno decrevit conferre ex meritis. Et quicquid in tempore confert sine meritis: hoc ab æterno decrevit conferre sine meritis. Et si ostendimus, inquit, hunc aut illum effectum prædestinationis dati nobis ex meritis: iam ostensem erit, prædestinationem, quoad illum effectum, factam esse ex præuisis meritis. Et è contrario similiter. Vnum Augustinum ea regula obseruat contra Pelagianos, in libro de Prædestinatione Sanctorum: & de Bono perseuerantiae: & Epistola 105. & 106. vbi probans gratiam dari sine villis meritis præcedentibus: ex eodem infert, eandem ab æterno præparatam fuisse sine præscientia meritorum. Vim ratiocinationis hanc esse. Prædestination est præparatio gratiæ, quæ fuit ab æterno: gratia vero ipsa donatio, quæ sit in tempore. Sicut ergo se habet donatio gratiæ ad merita nostra in tempore, ita se habet præparatio gratiæ ad nostra merita in præscientia: at donatio est gratuita, & sine meritis. Ergo & præparatio.

III. Confirmatur primo: quia Deus ab æterno non aliter de rebus omnibus decrevit ut in tempore fierent, quæ sicut postea exequutioni mandatur. Secundo, quia alioquin nulla esset conformitas exequutionis effectuum prædestinationis, cum eiusdem decreto. Tertio, quia omnibus modis, quibus se haberet res ad esse, iisdem se habet ad cognosci.

IV. Hactenus Beccanus, cuius argumentum ita construot: Quicquid prædestinatum ab æterno, datur in tempore ex meritis, id ipsum prædestinatur ex meritorum præuisione. At nonnulli effectus æternæ prædestinationis in tempore dantur ex meritis. Ergo iisdem ab æterno prædestinati sunt ex eorum meritorum præuisione. Maior probatur ex illa Augustini regula, & illis rationibus. Hic ego primo nego minorem. De qua tamen longior disputatio in aliud tempus differenda est.

V. Itaque nego maiorem. Est enim absurdissimum, prædestinationis eandem esse caussam, quæ sit effectuum eius. Ratio certa: quia hanc causam oportet prædestinationem præcedere, & quæ ac effectum. Atqui hoc absurdum. Quia Prædestination est ad finem: itaque finis ante consideratur in prædestinatione, quam media ad finem. Exempli gratia: destinat aliquis domum struere: hoc ille habet in mente ante omnes fabros, omnes lapides, omnia clementia: omnia ferramenta: omnes vestes. Imo hæc ipsa animo volutat suo: non prius quam decreuerit dominum ædificare. Omnis ad id exemplar oportet nos in Deo Prædestinationem concipere: etiam distincte per actus singulos: si actus totidem ei tribuimus, quot effectus sunt. Prædestinavit ad gloriam Deus Paulum: prospexit etiam media omnia, quibus ille deducendus ad eam esset. Paulus ipse docet 1. ad Timoth. 2. *Deus quis suis homines vult servari, & ad agnitionem veritatis venire.* Et Petrus 3. poster. *Nolens villo perire, sed omnes ad resipiscientiam venire.* Nam etsi hi loci non agant de Prædestinatione, ut alias monuimus: tamen ad voluntatem Dei & que referunt finem, id est, salutem, & media agnitionem veritatis, & resipiscientiam. Quare sive verum esset aliquem prædestinari ad salutem ex meritis: ergo necesse esset ea ipsa merita, utpote media ad finem, ordine sequi prædestinationem ad salutem: non vero præcedere: ac proinde non esse causam prædestinationis: etsi alioquin essent causa salutis.

VI. Ad confirmationem maioris, nego hanc ullam esse regulam apud Augustinum: sed improbe fictam à Beccano. Nunquam Augustinus, in-

Tom. III.

quam, aut dixit aut cogitauit: eandem esse rationem gratiæ ad merita in tempore, & præparationis gratiæ, ad merita in præscientia. Nusquam hoc Augustinus: aut dixit aut innuit. Nam omnino contra est: quia semper cululus deliberationis exequutio, contrario fit ordine, quam ipsa delibratio. In homine, ut dixi deliberatio incipit à domo ipsa: quam ante oīnia concipi animo: Inde fit progressus ad materiam, lapides, ligna, calcem: & quia hæc materia per se sola non potest domum confidere: necessario ab ea deuenit ad operarios. Hic ordo est consilii. At exsequutio eius consilii, primum omnium operarios conducit, à quibus & colligatur, & aptetur materia, vnde denique fiat domus. Omnino ira Dei Prædestinatione nobis concipienda. Itaque fallsum, eandem esse rationem gratiæ ad merita in tempore: & præparationis gratiæ, ad merita in præscientia.

VII. Concedo Augustinum contra Pelagianos afferere gratiam dari absque villis meritis præcedentibus. Et inde concludere, ergo gratiam ab æterno præparatam sine præscientia meritorum. Sed nemo inde sequi, quod Beccanus vult. Id portio quod VVindek obseruauit, parte 1. de Efficacia mortis Christi, Classe 19. *Augustinus, & Fulgentius* (inquit) *passim tradunt, Deū non aliter ab æterno decreuisse ut res in tempore fierent, sicut (melius quam) in tempore posse exsequutioni dantur.* Omnino enim ita est: si Deus decreuisset salutem Paulo date præcedentibus eius meritis: Ergo Paulus salutem præcesserent Pauli merita. Imo Paulus disertus est in explicando hoc arcano, 8 ad Romanos. *Quia enim decretum Dei comprehendat, & vocationem, & iustificationem tanquam media ad glorificationem: ideo conceperis verbis, Quos prædestinavit, eos etiam vocauit: & quos vocauit, eos etiam iustificauit, quos autem iustificauit, eos etiam glorificauit.*

VIII. Est vero longe longeque aliud si dicas, prædestinatione perfici eo ordine, quo ordine prædestinatum est perficienda: quam si dicas, ita se habere media ad prædestinationem, ut ad finem prædestinationis. Sequeretur enim eadem esse media ad prædestinationem, quæ ad finem. *Quo nihil fingi potest absurdius.*

IX. Ad tertiam: nego prædestinationis esse eandem rationem, quam nudæ scientiæ. Etsi enim Architectus non norit ædificationem futuram, nisi quomodo futura est: tamen alius fuit architecto delinandi ordo. At amplius dico: ordo partium operis in consideratione cognoscētis nihil mutat in recipi: sive à prima ad ultimam, sive ab ultima ad primam. Ut qui Analyticæ docet Physicam, eandem docet, quam qui syntacticæ. Et qui Æneidos librum recitat initio factio à primo versu, & inde successiue ad ultimum: non aliam recitat Æneida, quam qui contra ab ultimo ad primum. Et eandem uterque recitat quam nouit. Atqui in componenda Æneide omnino necesse fuit à primo versu inchoare: indeque ad secundum pergere, & successiue ad ultimum. Itaque à scientia ad opus, non semper necessaria est consequentia.

X. Atque hactenus argumentum prius: alterum sequitur Beccani à gemino absurdum. Primo, ex ea Prædestinationis doctrina, sequitur illud dilemma, quod miseris misere torquer. Aut sum prædestinatus, aut reprobatus. Si prædestinatus, nihil refert, bene, an male vixerit: quia necessario saluabor. Si reprobatus, certo pereundum mihi est, quantumvis cupiam esse bonus & studiosus virtutis. Quid ergo superest, quam ut faciam quod liber, ut fruar voluptatibus, quamdiu liceat? Alterum absurdum huic simile: hominū est, inquit, poterit. De æternitate nihil ad nos, Deus iam pridem sine nobis statuit, quo euadere debeamus: si salutem decrevit, adducet ad nos eam suo tempore: si mortem destinavit, frustra relinquare. Totum ergo studium nostrum, sit in temporali administratione Reipublicæ; de Fide & Christo sit silentium.

XI. Respondeo: primo hoc ipsum incommode, quodcumq; tandem sit, esse commune Papistarum doctrinæ de Prædestinatione æterna: si non omnium, certe plerorumque ipsius etiam Beccani: qui diserte docet c. 4. de Prædestinatione Catholicorum: eum, qui prædestinatus sit, certo & infallibiliter peruenturum ad gloriam: qui reprobatus, ad pœnam & damnationem. Quid ergo ille, nisi suas cædit vineas, ut aiunt?

XII. Imo, inquit, Theologi hoc modo solvunt: Si prædestinatus sum, id est, ordinatus ad vitam æternam per certa media, quæ in mea sunt potestate, consequam, certo conlequar vitam, modo illa media adhibuerim. Rursum, si sum reprobatus, id est, ordinatus ad perpetuos cruciatibus, propter mea peccata, quæ libere commissurus sum, certo damnabor, si illa peccata committam, & ab iis non abstineam. Et hæc solutio, inquit, reddit animum tranquillum & pacatum: neque eum, qui in peccatis est, facit desperare: neque ei, qui iustus est, securitatem promittit. Quin potius vtrumque monet, ut cum timore, & tremore salutem suam operetur.

XIV. Atqui ludis Beccane, non agis serio. Nam hoc qualecumque est absurdum, non deducitur à mediis, sed ab ipsa prædestinationis, id est, Electionis & reprobationis certitudine & æternitate. Hanc enim profani illi impugnant hoc argumento. Porro hæc mediorum libertas eam certitudinem non impedit: oritur enim à voluntate Dei, sive etiam præscientia, non à natura mediorum. Alioquin ipse prædestinationis euentus eset contingens, quomodo ipsa media, ideoque non certa prædestination. Præterea falso sumitur, media ad vitam esse in potestate hominis: quia inter illa media numeratur gratia efficax, sine qua nemo inquam saluatus est, aut saluabitur. Ad hæc Prædestinatione non finem tantum complectitur, id est, vitam, sed etiam media. Itaque tam certa est mediorum, quam finis. At cum ita loqueris: Si prædestinatus sum ad vitam, conlequar vitam, si media adhibuerim, videris supponere incertum esse, vtrum media sis adhibitus necne. Atqui hoc perinde est ac si negares te esse prædestinatum. Et sic in reprobatione. Itaque tua ista Theologotum solutio, scde peccat implicans contradictionem, quia supponit prædestinatum, non prædestinatum.

XV. Secundo, quæram à Beccano, quipam illi sint, qui huiusmodi neant consequentiam. Non possunt enim alii, quam aut regnati, aut non regnati. Si non regnati, & toti in sua naturæ corruptione, quid horum potest ingenium, nisi abuti vera doctrina, ad monstruosas consequentias?

K 2

Ita,

Ita, cum Paulus doceret, *vbi abundavit delictum, ibi abundasse gratiam*, statim prophani excipientes Ergo permanendum, aiebant, in peccatis, ut gratia fiat auctior. Ad Roman. 6. Et cum ille doceret iniustitiam nostram commendare Dei iustitiam: Ergo, aiebant, faciamus malum, vt eueniat bonum. Ad Roman. 3. Si ex tam certa veritate, iam olim tam absurdæ consequentæ deducuntur, quid mirum si & hodie, ex prædestinationis certitudine? Imo quid mirum, si hinc desperationis ansam reprobri aripiant? Aut cur non haec pars sit indurationis eorum? Itaque in illorum motibus nullum momentum esse potest aduersus veritatem.

XVI. Iam si regenitos dicat Beccanus: immane quantum à verisimili discedet. Nam primum hi habent gratiam efficacem: ita enim concedit Papistarum hodie saltem pars maxima. Athusic, opinor, nullo pacto conuenire potest cum desperatione. Præterea, sèpè dictum, Prædestinationem non esse ad finem absque ullis mediis. Quod si ergo quis sit prædestinatus ad finem, ergo & ad media, & quam certo ad finem tam certo ad media. Primo, ergo non possunt dicere, peruenturos sed vitam, quomodo docunque vitam instituant. Quomodo Ezechias cum audisset producere sibi vitam in annos quindecim, non propterea negauit sibi edendum, bibendum. Deinde, quæ illos efficacia prædestinationis certo deducit ad vitam, eadem certo etiam per media. Quomodo Lydiæ deducuntur ad Paulum prædicantem cor aperuit.

C A P. III.

De locis Scripturae pro præuisis meritis.

I. Hæc tenus argumenta generalia, nunc peculiaria de Electione, postea de Reprobatione, partim ex Pighio, & Gregorio de Valentia, & Beccano, præuisionem afferentibus, partim ex Driedone, Dominico à Soto in 9. ad Romanos Bellarmino, Aluare refutantibus. Argumenta prima sunt ex Scripturis.

II. Locus primus, ad Roman. 8. *Quot presciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui.* Interpretantur enim hoc modo: Quos presciuit conformes futuros imagini Filii sunt, eos prædestinavit.

III. At haec latrociniantur est audacia, non vlla disputantium soliditas. Fit enim vis manifesta Pauli verbis, quorum sensus est, prescitos in genere omnes, sed ex iis quosdam esse prædestinatos, vt fiant conformes Christo. Tolerus, *Deus hos antequam essent presciuit, & prescitos destinavit ab aeterno, ut essent conformes Filii sui imaginis.* Sadoletus, *Statuit ipse aeterno ex principio, quos erat vocaturus in suam iustitiam, & gloriam, eosque rediuit, ut essent fratres & confortes Iesu Christi.* Aquinas Convenientius sic ordinatur litera. *Quos presciuit, hos & prædestinavit fieri conformes imaginis Filii sui.*

IV. Isti omnia inveniuntur, peccantes durissima trajectione, quasi legarentur. Quos presciuit conformes futuros imagini Christi, eos prædestinavit, quomodo Anselmus. Et ante eum Pelagius autor breuissimorum Commentariorum in Epistolas Pauli, quæ adiicribuntur Hieronymo. At non tantum contra omnium codicum fidem, sed etiam contra Pauli doctrinam, qui non tantum docet Deum operari in nobis, vt & velimus & operemur, secundo ad Philippenses: sed etiam nos creatos ad opera bona, quæ præparauit Deus, vt in iis versenur, secundo ad Ephesios. Dicuntur etiam credere, quicunque ordinati sunt ad vitam, Act. 3. Dominicus à Soto in hunc Pauli locum, *Scire Deum, quosdam conformes fieri imaginis Filii sunt, hoc natura non antecedit, sed subsequitur prædestinationem: quandoguidem haec iam est scientia futurorum rerum, & eventuum, praesupponit voluntatem Dei, que est eorum causa.* Itaque omnino Pauli iensus est, non iste, prædestinari aliquos ex præuisione futurorum meritorum: sed iste potius. Eadem opera prædestinari, & ad gloriam, & ad conformitatem illam, hoc est, & ad finem, & ad media, vt non magis sint à nobis media, quam finis, nec minus à gratia, illa quam iste.

V. Secundus Papistarum locus, ex 2. post. ad Timoth. *In magna domo, non tantum sunt vasæ aureæ & argenteæ, sed etiam lignæ ac testacea, & alia quidem ad decus: alia vero ad dedecus: si quis igitur seipsum ab his expurgaverit, erit vas ad decus, sanctificatum, & accommodum vñibus Domini, & ad omnem opus bonum comparatum.* Ergo præuisa emundatio, causa est cur quidam prædestinentur vas decoris.

VI. Respondeo, Negatur consequentia. Hic enim locus non pertinet ad prædestinationem: sed ad exsequitionem prædestinationis. Ratio manifesta, quia lögum est discrimin inter prædestinari in vas ad decus, & esse vas ad decus. Illud enim ita resolutur, prædestinari vt sit vas ad decus. Quia ergo illud, *in vas ad decus, hoc ipsum est, ut sit vas ad decus.* Ergo cum dicetur, *prædestinari in vas ad decus,* illud prædestinari est *in vas ad decus,* & superfluum & ineptum: si nullum est discrimin inter prædestinari in vas ad decus: & esse vas ad decus. Rursus ex sensu communis, qui prædestinatus est in vas ad decus: nondum est vas ad decus: sed futurus est suo tandem tempore: itaque tum cum est id ipsum, non potest dici proprie prædestinatus ad id: sic enim *vas* fert, vt dicamus potius, prædestinatus erat. Illud ergo erit *vas ad decus,* pertinet, vt dixi, ad exsequitionem prædestinationis. Itaque, et si vere dicatur, qui emundat se, erit vas ad decus: tñ non sequitur propter hunc esse prædestinatum, quia emundatus est seipsum. Quia media, et si finem præcedunt, tñ sequuntur prædestinationem ad finem, & que a finis: quia De² prædestinat & ad finem, & ad media: id eoq; neq; a fine, neq; à mediis prædestinatio, sed ab hac portio pendent media, pender finis.

VII. Tertius locus ex Apocal. 3. *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Si corona potest amitti per mala opera: ergo nemo prædestinatur ad coronam, nisi præuisis bonis operibus, aliter esset fallax prædestination.

VIII. Respondeo, coronam dupliciter intelligi posse, vel quæ iam gestatur, vel quæ speratur. Hæc illa est, quæ, post hanc vitam, manet omnes prædestinatos, beatitas æterna, finis laborum. Illa vero, professio externa Christianitatis, quia honorantur quicunque sunt intra Ecclesiam. Nam, quia is honor est, & quidem magnus, etiam corona appellari potest: quomodo quicquid est alicui honorificum: quia ratione Paulus ad Philipp. 4. & 1. ad Thessal. 2. coronam suam vocat ipsos illos ad quos scribebat.

IX. Si ergo corona intelligitur, quæ nunc possidetur, negatur consequentia. Etsi enim quidam amittant cam coronam propter mala opera, tamen non sequitur, eos prædestinari propter præuisa opa. Quia hæc corona non pertinet ad eam prædestinationem, de qua loquimur, sed ad media, per quæ impletur prædestination, quæ media patent (si non omnia, saltem nonnulla) etiam non prædestinatis ad vitam. Inde enim dictum, *Multis vocati, pauci electi.* Hanc igitur coronam, cum habere possint, tum prædestinati ad vitam, tum reprobri, non sequitur necessario, quicunque hanc amittat esse prædestinatos ad vitam. Imo qui reprobri sunt, ii amittunt: quia non erant prædestinati ad vitam. Quomodo de Iuda dictum, *Act. 1. Episcopatum eius accipiat alter.* Qui tamen & filius perditionis dicitur, Ioan. 17. & abiisse in locum suum, *Act. 1.* Similiter qui electi, ii nos amittunt, quia sunt prædestinati ad vitam.

X. Sin autem corona intelligatur, quæ speratur: rursus distinguo, vt corona tua dicatur, vel quam tu tibi polliceris, vel quæ tibi est destinata. Priori sensu negatur consequentia. Hanc enim coronam, quotusquisque est, qui sibi non pollicetur? Vix paucos excipias desperabundos, vt Cainum, cuius haec verba, *Major est iniquitas mea, quam ut tollatur, Genes. 4.* & Iudam, qui cum dixisset, *Peccavi, prodito sanguine innoxio, discessit, & strangulauit se: Matth. 27.* Sed plerique omnes, eo ipso, quod religionem Christianam profitentur, sperare sese clamant vitam æternam. Cum igitur omnes voti, non sint electi, & omnes tamen coronam illam suam appellant: non sequitur esse prædestinatos, quicunque suam dicunt.

XI. Altero sensu, negatur antecedens: nam corona cuiquam destinata amitti non potest per mala opera: quia certum est prædestinatos non posse excidere à gratia, propter certitudinem prædestinationis, tum ad media, tum ad finem. Nec contra probat locus ille Apocalypsis. Nam illud, *Ne aliis accipiat coronam tuam,* non significat posse illum auferre coronam alteri destinatam. Quomodo cum Paulus dixit, 9. 1. ad Corinth. *Ne, cum aliis predicauerim, ipse re; robus siam, id est, inquit Salmero, corona priuatus inueniar, cuius certitudinem ex revelatione habui.* Certe non significauit Apostolus, posse se excidere à gratia: sed tantum medium ei constitutum perueniendi ad gratiam ostendit, subigere corpus suum. Ita hoc loco Ioannes, cum hortatur, *Tene quod habes, ne aliis accipiat coronam tuam,* non significat posse à quoquo auferri coronam ei à Deo destinatam, sed necessarium medium esse ad eam coronam obtinendam, tenere id quod habetur, id est, votacionem. Quis autem nesciret minis Deum continere in officio suos?

XII. His ita positis, solutio facilis est. Nam si de corona agat argumentum, quatenus significat vocationem externam, id est, professionem Christianitatis, vel etiam vitam æternam, quatenus eam sibi quisq; pollicetur: hoc nihil ad thesim nostram, quæ agit potius de vita æterna, quatenus est cuique à Deo destinata. Nec valet consequentia. Hæc enim, vel eodem significatu retinet coronam, vel altero. Si eodem: ergo, qui eam coronâ habent, & tenere iubentur, vel habent ex præuisis operibus, vel non habent. Sinon habent: ergo non est necesse eorum qui in eorum locum substitueruntur, præuisa esse opera: cur enim magis quam illorum? Sin contra habent ex præuisis operibus: ergo nemo substituetur in eorum locum, ac proinde *peccato donum præuisio operum.* Neminem substitutum iri, p̄batur: quia præscientia Dei frustra esse nequit: itaq; is cuius præscita sunt opera, quib; tenere debet, quod haber, omnino habebit ea opera, ac proinde tenebit.

XIII. Sin autem consequentia alio sensu coronam nominat: nimur, ut in antecedente sit corona, quatenus significat vel professionem, vel nudam spem: & in consequente, quatenus destinata est alicui post hanc vitam: ita vt texatur consequentia in hunc modum: Si corona primo, secundo ve modo, amittitur per bona opera: Ergo corona, tertio modo destinatur, ppter bona opera præuisa: tum quis non ridebit absurditatē consequentiæ?

XIV. Quartus locus, ex 25. Matthæi, *Ita est, sicut cum homo proficiens, vocavit seruos suos, & tradidit illis bona sua, & vii dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum: unicuique secundum propriam virtutem, sive facultatem, dūcipiuntur.*

XV. Respondeo, nihil hinc probari. Nam illa talenta, quæ cunq; distibuntur *xw̄n th̄n id̄v dūcipiuntur*, nego significare posse vitam æternam. Ratio certissima, quia illa distribuuntur seruis omnibus, non tantum frugib; sed etiam nequam. Quod de vita æterna ne fingi quidem potest. Deinde, quia horum talentorum administratorum postulatur ratio, quod de vita æterna absurdum est. Tertio, quia post eorum talentorum rationem redditum, præmium datur seruis, qui comperiuntur legitime administrasse: atqui, post vitam æternam, fidelibus nullum vltius sperandum, aut exceptandum præmium proponitur.

XVI. Itaque necesse est referri ad gratias temporales, quas Deus communicat, non piis tantum, sed etiam impiis: non electis tantum, sed etiam reprobis. Sic vocatio externa ad fidem, non Paulo tantum communicata est, sed & Simon Mago. Vocatio ad Apostolatum, non Petro soli, sed & Iude Iscariote. Iansenus intelligenda vult ea dona, quæ dicuntur gratiae gratis datæ: non vero quæ gratia gratum facientis.

XVII. Secundo, ea verba, *Secundum propriam facultatem,* Maldonatus censet addita, non ad aliquid in parabolâ significandum, sed ad explendam narrationem ex consuetudine hominum, ex quibus parabolâ sumebatur. Quia ergo solent homines bona sua seruis, non temere, & aequaliter; sed pro cuiusque virtute, ac fide distribuere: dixisse Christum, hominem illum peregre proficiscentem, alii quinque, alii duo, alii vnum talentum tradidisse, unicuique secundum propriam virtutem: non quod Deus secundum propriam cuiusque virtutem gratiam distribuat: in eo enim non esse parabolam ad rem significatam accommodandam: sed quod id homines, de quibus Christus loquebatur, facere soleant: voluisse enim Christum, vt se alias, in parabolis vero similia, & fieri solita narrare, etiam si nihil ad finem parabolæ pertinerent. Quæ si Maldonatus vere dixit, vident omnes huic argumento nullum esse locum.

XVIII. Et tamen, si contra quis contendat, & omnino nolit hanc partem otiosam, respondeo, ea verba esse ex protasi parabolæ: itaque in Apodosi intelligendam *xw̄n th̄n id̄v dūcipiuntur.* Nimur, sicut talenta pro donis spiritualibus, quia sic exigit regnum cœlorum, de quo instituta est parabolâ: sic etiā *dūcipiuntur facultas*, non quomodo in iis, quibus dispensantur talenta: sed quomodo in iis, quibus dona illa spiritualia. Est autem hæc nihil nisi illa

illa ipsa dispositio, quæ est ab ipsis donis. Exempli gratia, Apostolatus talentum est, quo fiunt Apostoli: & *λύτρον* cuiusque ad Apostolatum, est illa ipsa facultas, sive aptitudo ad Apostolatum, quam operatur in eis idem ille, qui donat Apostolatum, tum cum donat Apostolatum. Ferius, *Vnicuique secundum propriam virtutem: neque enim omnia omnibus conueniuntur: diversa membra, & diversas membrorum operationes exigit corpus, si omnia oculi, ubi manus, vel pes?* Sensus erit, distribui talenta, id est, dona Dei spiritualia, non eadem omnibus mensura: sed diversa & varia: prout constat ex facultate, quæ non est in omnibus eadem: nec est tamen ab iis in quibus est: sed ab eo, qui eadem talenta distribuit. Vnde nihil concludi potest pro prævisione meritorum.

XIX. Quintus locus: Matth. 20. *Voca operarios, & reddet illis mercedem.* Ergo Deus ab æterno constituit regnum cœlorum illis dare, quos bona opera facturos præuidit.

XX. Respondeo: primo non disputari thesim. Non enim quæri, utrum constitutum sit apud Deum dare regnum iis, quos præuidit bona opera facturos. Nam, quis dubitat? Aut quis non legit in eam partem Scripturas disertissimas? Ad Roman. 1. *Reddet unicuique secundum opera ipsius. Iis quidem qui in perseverantia boni operis, gloriam, & honorem, & immortalitatem querunt, vitam aeternam.* Prioris ad Corinthios 2. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in mente hominis venerunt, que preparauit Deus iis, qui ipsam diligunt.* Sexcenta sunt huiusmodi. Sed hoc queritur, utrum hæc prævisio causa sit prædestinandi. Hoc Catholici negant: hoc hereticus debuit probare, aut ciuare.

XXI. Secundo, hi loci non agunt de Prædestinatione: sed de exequitione Prædestinationis. Saepè autem negauimus sequi, si opera præcedant executionem, ideo præcedere prædestinatione. Agi de exequitione, certum ex epis verbis. Nam cum cōductæ dicantur opera, alia mane, alia aliis horis, tum denique, *Quoniam dies esset, dicit Dominus vices procuratori suo, Voca operarios.* Quod de Prædestinatione nulla ratione intelligi potest, quæ longe præcedit etiam primam horam diæ.

XXII. Sextus locus: 1. ad Timoth. 1. *Misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Præuidit ergo Deus ignorantiam Pauli; ac propterea misertus est eius.

XXIII. Respondeo: primo, Paulum non agere de Prædestinatione sui: sed de ipso Prædestinationis implemento. Consequutus sum, inquit: & hoc ipsum postquam dixisset, *Qui prius eram blasphemus: & persecutor, & iniuriosus.* Non poterat autem fuisse quicquam horum, ante sui prædestinatione. Itaque *τότε οὐδὲν ήταν*, intelligi deberet de vocatione efficaci, per quam in tempore factus est alius. Non sequitur autem, si hanc vocationem præcesserit ignorantia, eius ignorantie prescientiam fuisse tausam, propter quam prædestinaretur ad salutem. Nam Deus qui destinat, idem præparat etiam ad finem. Itaque non propterea Pauli misertus est, quia ignorans præuisus erat: sed contra potius, ignorans fecit, quia destinatus erat ad misericordiam.

XXIV. Secundo, negat Salmero hoc, *Quia ignorans feci, additum ad minendum, sed potius ad exaggerandum peccatum.* Ut sensus sit, Veniam obtinui, de eo quod ignorans feci per ineruditatem: sive, Veniam obtinui erroris, & infidelitatis meæ. Reddere igitur ratione, cur misericordiam consequuntur sit, ex magnitudine peccati sui. Quasi dicere, Deus videt me per incredulitatem cacatum, ut mala mea non agnoscerem, ideo mera sua misericordia præuenit me. Peccatum enim causam esse summam bonitatis, ut subveniat. Et elegerat comparat cum alio loco ex Genet. 9. *Nequaquam ultra maledicam terram propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: qui tamen Hebraice disertior est, Quia cogitatio cordis hominis mala à pueritia sua.* Habet enim illud ipsum, *Quia*, quo Paulus hic vtritur. *Quis non absurde hinc conluserit, prædestinationis dictinae causam esse prævisionem cordis mali?* Quo saltem nos sensu causam in hac controvèrsia neccesse est vñpare.

XXV. Septimus locus, Matth. 25. *Tunc dicet rex eis qui ad dextram ipsius erunt: Venite, benedicti Patri mei, possidete regnum paratum vobis à tactis mundi fundamētis. Esuriui enim, & dedi isti mihi quo vescerer: sitiui, & dedisti mihi potum: hospes eram, & collegisti me: nudus, & amicuisti me, agrotavi, & inuisiisti me: in carcere eram, & venisti ad me.* Ergo, inquit Pighius, paratum isti regnum est, ab ipsa mundi constitutione. Quare? quia pie victuri erant in hoc seculo. Et Vasques: Non solum reddit rationem, ob quam accepturi sint regnum: sed quare etiam accepturi sint regnum præparatum, quod est causam præparationis indicare.

XXVI. Respondeo: negari consequentiam: ergo paratum regnum: quia pie victuri erant. Non enim ratione reddit Christus, propter quam paratum sit regnum, sed propter quam ingredi debeant id regnum, illis paratum. Quomodo Paulus docuit, & vocationem, & iustificationem prege glorificationi: utique vero prædestinationem, ostendo ad Romanos. Ac sane, vix quenquam suspicari possum adeo hebetem, ut non videat quanto facilior nexus sit: Possidete, esuriui enim: quam regnum paratum, esuriui enim. Non enim verum, iam tum esuriuisse, & cibatum fuisse Christum, cum paratum est regnum. Itaque dicendum fuerat potius: Paratum est, quia cum esuritus essem, vos daturi eratis cibum. Tum vero representatui forma quædam iudicii. Eius sententia, sive decretum est, *Venite possidete: non autem regnum paratum.* Soler autem ratio reddi sententiae latet, ut eius æquitas appareat. Quia cum ita sint, nulla vis est argumenti Pighiani. Quia illa vita pia medium est, per quod ad vitam perueniendum: non tamen causa prædestinationis: sed potius prædestinationis effectum,

XXVII. Vasques quantum opere premium est? Non solum, quare accepturi sint regnum: sed etiam quare accepturi regnum præparatum. Esto sane, inquam: sed hoc posterius indicare causam præparationis, quis tam habebet, ut afferenti concedat? Ego contra in ytroque dico rationem totam referri ad accipiendi verbum, nullo modo ad præparandi. Et qui alter dicat, hunc alienum esse à sensu communis. Atqui, inquit, si alia ratione esset præparatum, nec propter ipsa merita, inanis causa esset assignata. Cuius rei, inquam, causa? Præparationis, an possessionis? Illud tu incepit supponis, & inculcas importune. Hoc vero absurdissimum dictu, inquam, causam esse causam possessionis, quia sit alia ratio præparationis.

Tom. III.

C A P. IV.

Sexrationes pro præuisis meritis ad salutem.

I. Scriptis subiiciunt rationes. Ratio prima: Si Deus aliquos prædestinat ad vitam, absque præuisis meritis: ergo est acceptor personarum. At hoc falsum. Ergo & illud. Assumptum probatur. Actor. 10. ad Rom. 2. ad Ephes. 6. ad Colos. 3.

II. Respondeo: negari consequentiam. Nam primo Persona, unde acceptio personarum dicitur, est qualitas quædam in homine, propter quam est acceptus: non autem homo ipse. Argumentum, quia alias nulla efficerat ratio posset, ut non esset Deus προσωπὸς ἡπτης, cum sit manifestum ei quædam esse personas acceptas, puta Petri, Pauli: alias vero non acceptas, ut Iscariotæ, Simonis Magi. Et diserte dictum, *Iacob dilexi, Esau vero odio habui*, 9. ad Romanos. Genes. 4. respixisse Deum ad Abel, & non respixisse ad Cain. At in destinando ad vitam, Deus nullam qualitatem ullius hominis respexit. Itaque non potest dici προσωπὸς ἡπτης.

III. Secundo, persona non tantum est qualitas in homine, sed etiæ qualitas, quæ in uno est, in alio minime. Ut cum Iacobi 2. comparatur gestans annulum, vestemque splendidem, & pauper cum sordida ueste; qualitates sunt diuinitat, quæ non sunt in paupere, & paupertas, quæ non est in diuite. Cum igitur ob paupertatem, & ob diuitias, admittitur unus, alter reicitur; tum Iacobus admitti putat προσωπὸς ἡπτης. At Deus destinans ad salutem Iacobum, nihil in eo reperit, quod non esset in Esau: aut in Paulo, quod non esset in Simone Mago. Itaque non potest dici προσωπὸς ἡπτης.

IV. Tertio, προσωπὸς ἡπτης, peccatum est contra iustitiam. Acceptio personarum est, qui, quod ex iure debet, id negat: vel quod ex iure debet non conferre, id confert; motus aliis rationibus, quam quæ sunt ex iure. Ut cum de fundo contenditur, eum Magistratus adiudicare debet, non usurpatori, sed domino. Si igitur adiudicet usurpatori, quia dicitur est, aut nobilior, aut etiam, quia pauperior: omnino in crimen incurrit προσωπὸς ἡπτης, ut olim Cyrus, qui longam uestem detractam puer breviori, adiudicabat raptori. Augustinus contra duas Epistolas Pelagianorum lib. 2. c. 7. *Acceptio personarum ibi recte dicitur, ubi ille qui iudicat, relinquens causam meritum, de qua iudicat, alteri contra alterum suffragatur, quia innuit aliquid in persona, quod honore, vel miseratione sit dignum.* Thomas in 2. ad Romanos. Opponitur personarum acceptio iustitia distributiva, per quam aliquis distribuit unicuique secundum dignitatem personarum: ergo acceptio est, quando præter dignitatem datur alicui plus, vel minus. Summa Angelica, *Acceptio personarum, est iniustitia, quia persona personæ preferitur in conferendo ei aliquid, quod ex debito insufficiat, alteri est conferendum, ratione alicuius conditionis transitoria, non congruentis ad ipsam rem, existens circa personam.*

V. Ar, cum de iure nulla quæstio est: sed de mera gratia, & liberalitate, quæ sit arbitrii nostri: ita ut a nobis eam nemo postulare possit suo iure, tum nulla esse potest προσωπὸς ἡπτης. Caietanus in 2. ad Romanos. *Acceptio personarum, vitium est contrarium iustitiae, & non habet locum in liberalib. dominis.* Si rex homicidam, unum agat in crucem: alteri vero gratiam facit, non potest accusari tanquam προσωπὸς ἡπτης. Neque Cyrus fuisse à pædagogo castigandus, si de suo tunicam largitus esset longiorem grandiori.

VI. Iam vero quis cum Deo iure, de iure litiget? Cui ille vlo titulo obnoxius est? Prædestinatio igitur ad salutem, gratia est, non iuris. Nullus igit in ea locus προσωπὸς ἡπτης. Augustinus contra duas Epistolas Pelagianorum lib. 2. c. 7. *Si quispiam duos habeat debitores, & alteri vellet dimittere debitum, alterum exigere; cui vult, donat, sed neminem fraudat: nec acceptio personarum dicenda est, quando iniurias nulla est.* Hinc illud est, quod operariis, quamvis inæqualiter operatis, æqualē dedit mercedem, & murmuranti, Matthæi 20. *Amice, inquit, non facio tibi iniuriam: nonne denario patens es mecum? Tolle quod tuum est, & abi: volo autem huic ultimo dare, ut & tibi.* Annon licet mihi, quod volo in meis? *An oculus tuus malus est, quia ego bonus sum?* Hinc 9. ad Romanos, figulus ex eadem massa fingit vata decoris, & dedecoris.

VII. Ratio secunda: Quicquid est rationabile, habet rationem propter quam fit. At prædestinatio ad salutem est rationabilis. Ergo habet rationem propter quam fit. Probatur assumptum, quia in Deo, nihil esse possit irrationalis.

VIII. Respondeo, concedi totū syllogismū: sed effigie σκότου. Nunc enim controversia est, non simpliciter de ratione, quam Deo esse in omnibus actionibus æternam, certissimam, iustissimam, nemo potest ambigere: sed de ratione sumptuaria parte eius, qui prædestinavit. Non sequitur autem, si Deo constat certa ratio prædestinandi, eam rationem esse ex parte prædestinati. Sufficit enim si sit ex parte ipsius Dei prædestinantis, cuius voluntas est summa ratio, gloria summus omnium finis quæ sunt. Itaque rationalitas est prædestinatio Pauli, hoc ipso, quia Deus voluerit in Pauli salute glorificari: etiam si nihil omnino fuerit in Paulo, quo Dei voluntas mota fuerit ad eum prædestinandum. Vnde Paulus 9. ad Romanos, disputationem aduersus eos, qui querabant, utrum iniurista esset apud Deum, concludit his verbis, *Itaque eius vult miseretur, quem autem vult indurat.* Quasi dicens, Deo suam voluntatem esse suam iustitiam.

IX. Ratio tertia: Quisquis eligit id, quod est melius, habet electionis causam, in eo quod eligitur. At Deus eligit melius. Ergo Deus habet electionis causam, in eo qui eligitur. Maior patet. Minor probatur, quia quisquis eligit, vel eligendo aberrat, vel eligit id, quod est melius. At Deus eligit, & tamen non aberrat eligendo. Ergo eligit melius.

X. Respondeo, primo negari maiorem prioris syllogismi. Nam potest aliquid eligi melius altero, ita tamen, ut ea bonitas non sit electionis causa. Ut sit non tantum in fortuitis delectionibus: sed etiam in iis, in quibus non est rei bonitas proportionata electioni, vt, si quis in magnis diuitiis adoptetur, qui formosior sit altero: non erit tamen forma electionis causa: sed adoptantis gratia.

XI. Secundo, negatur etiam minor eiusdem syllogismi. Primo, quia homines in massa corrupta non sunt alii meliores, Sed omnes peccarunt, ac deficiuntur gloria Dei, tertio ad Romanos. & II. Conclusit omnes Deus in contumacia, ut omnium miseretur. Et 5. Omnes peccarunt in Adamo, Deni-

que nono, non ex meliori, & deteriori, sed ex eadem massa, sunt yasa ad decus, & ad dedecus. Secundo, pater ex ipso euentu, Deum eligere non nunquam deteriorem, hoc est, eum, qui variis, maioribusque peccatis, alios longe superabat. Ipse Paulus testis, i. ad Timor. 1. *Fidus est hic sermo, & modis omnibus dignus, quem amplectamur, Christum Iesum venisse in mundum, ut peccatores seruaret, quorum primus sum ego.*

XII. In secundo syllogismo negatur major. Tum, quia tertium membrum restat, nimirum eligi aliquid, ut fiat melius: quod cum habet in animo is, qui eligit, tum vero non tantum eligitur id quod non est melius: sed etiam id quod est deterior. Sic experimentum sui facturus medicus, è variis ægrotis, eum curandum sumit, cuius sit pene conclamata vita. Sic liberalissimus quisque pauperium quemque suis impensis bonis. Denique sic Christus dixit, se venisse, ut saluum faceret, quod perierat: Matth. 18. Et Paulus, ubi superabundauit dilectum, ibi, superabundans gratiam: ad Roman. 5. Tum enim maior vera est, in iis duntaxat electionibus, quæ iure quopiam determinantur in alteram partem. Ut, si eligendi sint Patores Ecclesiæ, omnino verum, aberrari, si non eligatur optimus: quod tamen Papistis non videretur esse persuasum, si ab ynu conjecturam facimus. Sed est aliquod genus electionis liberum, pendens prospicere à voluntate. Genet. 13. *Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo, si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.* Hoc electionis genere, Deus elegit locum, quem destinaret cultui suo. Deuter. 12. Imo, magis ad rem nostram, elegit sibi populum. Deuteron. 7. *Elegit te Dominus Deus tuus.* Et post, *Non quia cunctas gentes numero vinciebas, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos cum omnibus fratibus populis pauciores.*

XIII. Ratio quarta. Si prædestinatio est certa: Ergo penderet à præuisis operibus. At certum antecedens. Ergo consequens. Probatur consequentia. Quia nemo saluatur, si nolit. Itaq; oporteta Deo præuisum, eum, qui prædestinatur ad salutem, volitum. Nam si non esset præuisum: ergo, aut non futurum esset, & ita non seruaretur prædestinatus, aut esset fortuitum. Vt que autem modo esset incerta, & fallax prædestinatio.

XIV. Respondeo, negari consequentiam. Ad confirmationem: concedo neminem saluari, si nolit. Sed inde concludi nego prædestinationem pendere à præuisis operibus: quod nunc est in questione. Hoc tantum sequitur. Ergo præuisa esse opera. Sed possunt esse præuisa, ut tamē nō sint causa prædestinationis. Ita præuidit Architectus aggregationē lapidum, & lignorum: quæ tamen aggregatio minime omnium caula fuit architecto destinandi ædificare domum. Catholici ergo asserunt, Deum nihil prædestinare, quod nesciat: prædestinare autem, non tantum finem, sed etiam media: itaque scire, siue præscire, non magis finem quam media. Et quemadmodum ad finem nemo venit, nisi prædestinatus, sic neque ad media.

XV. Quare illud, saluabitur si velit, dici non inepit, sed tñ ad homines, quibus futura sunt incerta. At nepte dici apud Deum, i. e. ratione Dei, cui hec sunt cognitissima, & certissima. Itaq; dicendū potius, Saluabitur, quia volet, ut indicetur illud, quod nobis hypotheticum est, Deo esse certum, & determinatum.

XVI. Ratio quinta: Si Deus absque operum præuisione prædestinat. Ergo, aut omnes, aut maximam hominum partem. At neque omnes, neq; maximā partem. Ergo non prædestinat absque operum præuisione. Ratio consequentia: quia Deus est bonus, & misericordia eius super omnia opera eius.

XVII. Respondeo, negari consequentiam, quæ cōtra esse debuit potius: Si ex operū præuisione Deus destinat: Ergo maximā partem hominum destinat interitui. Ratio, quia iustus est: at omnes homines peccato obnoxii, nullo prospicere excepto. Debonitate autem, & misericordia, disputatum est libro præcedente, ut non sit opus repeteret. Deinde non concluditur quæstio, quia non sequitur, utrum prædestinatio sit absque præuisione operum: sed utrum hæc præuisa opera sint causa prædestinandi.

XVIII. Ratio sexta: Si Deus prædestinat absq; yllis præuisis operibus: Ergo frustæ sunt exhortationes, correctiones, præcepta, orationes, & similia omnia. At hoc absurdum. Ergo & illud. Ratio consequentia. Quia prædestinatus ad vitam absque operum præuisione, quicquid agat, siue bene, siue male, tamen saluabitur.

XIX. Respondeo. Negatur consequentia. Nam prædestinatio, non tantum est finis, sed etiam mediorū: neque enim aliter in tempore fit quicquam, quam est ab æterno ordinatum. Itaque tanta procul ab eo abest, ut inutiles fiant exhortationes, correctiones, & reliqua, ut ex eo potius corū pendeat efficacia. Sic signis fuit vrendi satellites: nulla vero consumendis adolescentes: nimirum, quia de creuerat Deus vre satellites, conservare adolescentes. Sic Ezechia viles fuere cibus & potus, propter virē productæ decretum: alioquin nihil profuturi: quia non ex pane solo vivit homo, sed ex omni verbo procedente per os Dei. Matth. 4.

XX. Ad confirmationē consequentia. Illud, siue agat bene, siue male, intelligitur, vel de ratione vita ad finē vsque, vel de peccatis singularibus, in qua variis temporibus varie homines incidunt. Priori sensu fallsum est, homines perinde saluari, siue bene siue male faciant. Nam, certa est ira de cælo aduersus omnem impietatem, & iniustitiam hominum, qui veritatē in iniustitia detinent. Ad Rom. 1. Et 1. ad Cor. 6. *An ignoratis iniustos non esse hereditatem Dei possessorum? Ne errate, neque scortatores, neque idololatria, neque mæchi, neque molles, neque qui coniubantur cum masculis, neque fures, neque auarii, neque ebriosi, neque coniuratores, neque rapaces, regni Dei hereditatem possidebunt.* At prædestinati ad salutē hereditate possidebunt regnum Dei. Itaque fieri non potest, ut prædestinati, eo sensu sint iniusti, id est, promiscue, bene vel male agant. Hoc est, nemo prædestinatus ad vitam, perseverat ad finem vsque male agens.

XXI. Posteriore autem sensu: omnino verum, siue bene, siue male agant ad tempus ii, qui ab æterno prædestinati sunt ad vitam, tamen saluos futuros. Exemplum manifestum in Paulo, & Petro, quorum iste in fœdā Salvatoris sui abnegationem incidit: iste fuit blasphemus, persecutor, iniuriosus, primus peccatorum: & tamen vterque ab æterno præparatus ad vitam, & tandem reaps translatus in eam. Adeo non potuerunt obstare decreto diuino, eorum immunita peccata. Nec sequitur tamen hinc, inutiles esse adhortationes. Quia istud male agere, non excludit pœnitentiam: cui seruunt exhortationes, correctiones, præcepta, orationes, & reliqua.

C A P . V.

Alia rationes pro præuisis meritis ad salutem.

I. Septima ratio: Si prædestinatio ad vitam non fieret per præuisionem fututorum meritorum. Ergo insdem positis auxiliis ex parte Dei, cum quibus vnu iustificatur, & saluatur, alius nemo damnati posset. At hoc falsum. Ergo & illud Probatum assumptum. Quia positis quibuscumque auxiliis gratia præuenientis, tamen integrum est homini cooperari, & nō cooperari, alias non cooperatur libere: ideoque si cooperetur, saluabitur; si minus, non saluabitur. Eadem libertas efficit, ut possint alii cooperari, tria tria illa Iudaicorum millia addita Ecclesiæ, Actor 2. alii non cooperari, ut reliqui Iudei, qui æque cum illis Petrum audierant.

II. Respondeo, illud insdem positis auxiliis, dici, vel indefinite, vel vniuersaliter. Indefinite, pro quibusdam tantum, puta sufficientibus, ut scholis mos est loqui: siue potius externis. Vniversaliter autem, pro omnibus, tum sufficientibus, tum efficacibus. Priori modo, negatur consequentia. Nam hoc modo, Iudeis omnibus, apud quos Petrus cōcionatus est Actor. 2. cadem fuerunt auxilia externa: & tamen ex iis, tria millia duntaxat crediderunt, & addita sunt Ecclesiæ. Item Actor. 6. Multi, qui auierant sermonem, crediderunt. Et 13. Crediderunt quicquid erant ordinati ad vitam. Ratio diuersitatis manifesta est: quia, solis positis his auxiliis externis, nemo potest credere actu. Auxilia vero interna, & efficacia nemini adiutum, nisi prædestinato: & inde fit, ut insdem positis auxiliis, alius saluetur, alius minet.

III. Sin autem posita hæc auxilia vniuersaliter intelligas, tam sufficientia, quam efficacia: tum vero negatur assumptum. Nam efficacia auxilia, nō possunt esse irrita. Sunt enim dona spiritalia. Augustinus de Prædestinat. Sanctor. c. 8. *Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Quid est, omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me, nisi nullus est, qui audiuit, & didicit à Patre, & non veniuit ad me?* Si enim omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit, profecto omnis, qui non veniuit, non audiuit à Patre, nec didicit: nam, si audiuit, & didicisset, venisset: neque enim ullus audiuit ac didicis, & non venit, sed omnis, ut ait Veritas, qui audiuit à Patre, & didicit, venit. Et post, *Hæc gratia, quæ occulte humanis cordibus diuina largitatem tribuitur, à nullo duro corde respuitur: ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur.* Bellarminus de Gratia, & Libero arbitrio, lib. 1. c. 11. ex iste Christi verbis, concludit, quibusdam concedi efficax auxilium, per quod infallibiliter cōuertantur: & esse quandam vocem Patris intus in corde loquentem, quæ infallibiliter persuadet. Quod si est, tum profecto, si ponantur utrinque eadem omnia auxilia, non poterit vnu saluari, alter perire: quod tamen in argumento contenditur.

IV. Nec valet probatio. Nam quod dicit, positis quibuscumque auxiliis, tamen integrum esse homini cooperari, & non cooperari, si ponat hoc efficax auxilium posse ab homine irritum fieri, profecto est falsum. Alioquin non esset certum id, quod ex Verbis Christi concludit Augustinus, neminem audire, & discere à Patre, qui non veniat: siue, quod Bellarminus, gratiam infallibiliter persuadere: ea que donatos infallibiliter conuerti.

V. Nec sequitur tamen, non libere cooperari. Nam efficacia, siue infallibilitas gratia, non tollit arbitrii libertatem: quia per eam, vel potius in ea Deus efficit hanc ipsam conuersionem, quantumvis infallibilem. Quæ de realia dictum est.

VI. Octava ratio: Si Dei prædestinatio ad salutem antecedit omnem præuisionem boni vnu liberi arbitrii: Ergo, vel decretum prædestinationis non est omnino certum: vel potest in exequitione impleri absque prædestinati cooperatione: vel deniq; imponit prædestinato necessitatem absolutam. At hæc sunt absurdissima: Ergo & illud. Probatur consequentia. Quia prædestinatus, vel potest non cooperari, ac tum, aut in eum fit decretum; quia non implebitur, aut implebitur absque cooperatione: Vel, necessario cooperatur, ac proinde absolute.

VII. Respondeo: Primo assumptum negari. Quia in infantibus prædestinatio ad salutem impletur absque eorum cooperatione. Deinde negari consequentiam. Nam & certissimum est decretum: & ab ille cooperatione prædestinati non impletur: & tamen nulla statuitur absolute necessitas. Est certissimum, quia omnis, qui didicit à Patre, venit ad Christum. Non impletur absque cooperatione, quia ad hoc datur gratia, ut cordis duritia auferatur: & ex nolente fiat volens. Non est absolute necessitas, quia impletur per media, in quibus est cooperatio liberi arbitrii, quæ tamen est à gratia efficaciter mouente liberum arbitrium ad fidem.

VIII. In probatione ex necessaria cooperatione cur infertur absolute necessitas: Imo sophisma est παρὰ τὸν οὐδὲν ἀποδεῖσθαι. Absoluta necessitas, proximam causam ita mouet, ut eius natura rationem habeat nullam. At hic nihil tale. Nam Deus in executione prædestinationis hominem ita agit, ut liberum arbitrium non destruat. Quare hæc non potest dici absolute necessitas.

IX. Nona ratio: Si prædestinatio præcedit præuisionem meritorum: Ergo, vel omnes homines sunt prædestinati, quantum ex parte sui, vel quibusdam salus æterna est impossibilis. At hoc vnuque absurdum. Ergo & illud. Probatur assumptum, quia omnes esse prædestinati, per se patet esse absurdum: nulli enim essent electi. Eſſe aliquibus sautem impossibilem, patet absurde dici, quia sic Christus non esset mortuus pro omnibus sufficienter, quod est contra Scripturam. Pater consequentia, quia soli prædestinati saluantur. Itaque non prædestinati saluari nequeunt. Vnde necesse conficitur, vel omnes esse prædestinati ex parte sui, ut possint salvi fieri, vel aliquibus saltem impossibilem esse salutem.

X. Respondeo, primo homines esse prædestinati, ex parte sui, quid sit, capere ego quidem non possum. Hoc scio, prædestinationē esse actum non aliunde pendentem, quam à voluntate Dei. Itaque, si ita significatur aliquid in homine, vnde pendeat prædestinatio, negamus posse dici vnu hominem prædestinari ex parte sui: nam implicatur contradictione. Rursus salutē aliqui esse impossibilem, dicitur, vel absolute, ut ita factus sit homo, quomodo lapides, ligna, bruta, in quibus nulla potentia est, siue dispositio ad salutem: vel hypothetice, ut impossibilis sit salus propter decretum: cum tamen alioquin natura ita sit facta, ut capax sit salutis.

XI. Siigi-

XI. Si igitur impossibilitatem dicas absolutam, negatur consequentia: Non enim est distributio exacta: cum super sit tertium membrum, nempe impossibilitatis hypothetica. Ad proportionem consequentia, concedo non praedestinatos saluari non posse: sed nego sequi, Etgo non posse absolute.

XII. Sin autem impossibilitatem istam dicas hypotheticam, concedo consequentiam: sed assumentum nego. Neque enim quicquam est absurdum, a quibus salutem esse impossibilem hoc modo: quomodo neque absurdum, damnationem esse quibusdam impossibilem, nempe praedestinatos ad vitam. Post. ad Timoth. 2. Solidum fundamentum Dei stat habens sigillum hoc, Non sit Dominus qui sunt sui. Matt. 24. adeo ut seducant, si fieri possit, etiam electos. Aut quid hic est magis absurdum, quam si dico, Diabolis nullis salutem esse possibilem? aut hominibus damnatis? Itaque ad Hebreos 6. Impossibile est eos, qui semel fuerint illusorii, si prolabantur, ut denou renouentur per resipiscientiam.

XIII. Quod autem dicitur, si quibusdam sit salus impossibilis, ergo non fuisse Christum mortuum pro omnibus sufficiens: hoc vero non bene cocluditur, nisi supposita necessitate absoluta. Sic enim certum, non esse mortuum sufficiens pro belluis, arboribus. At non item, si ponitur necessitas hypothetica. Nam si Deus omnes, nullo excepto, praedestinat ad salutem, sufficiet omnibus actu saluandis Christus: ac proinde mortuus esset efficaciter pro iisdem. Sed cur non efficaciter pro omnibus? Quia non omnes debent saluari.

XIV. Decima ratio: Si Deus voluntate consequente, vult non omnibus dare vitam: Ergo Electio est ex praeuisis meritis. Probatur consequentia: quia voluntatis in consequentem, & antecedentem, haec distinctio est, vt ista sit ex rei consideratione simpliciter in seipso, nulla habita circumstantiarum consequentium ratione, at illa contra: itaque diuersa est, pro variis circumstantiis. Hominum autem damnorum & saluandorum diuersa haec circumstantia est, ut alij vocationem admittant, alij respiciant. Probatur antecedens: quia voluntas saluandi est efficax, ideoque consequens. Nam Antecedens est voluntas signi.

XV. Didacus Aluares negat consequentiam. Et in probatione asserit dari voluntatem Dei consequentem, quae tamen praecedit omnem meritorum praeuisiōnem. Dari enim circumstantiam ista priorem, nempe manifestationem iustitiae Dei: quae praecedit omnem meritorum praeuisiōnem. Itaque admitit, Deum decreuisse quosdam non saluari, voluntate sua consequente: sed consequente considerationem rei cum ea circumstantia, vt sit utilis ad manifestandam iustitiam. Verum haec responsio non videtur apta. Nam certe manifestatio iustitiae diuinæ non est circumstantia rei: sed voluntatis diuinæ potius: si ita loqui licet. Quia scimus Deum omnia fecisse propter seipsum.

XVI. Ast ego ipsam hanc voluntatis diuinæ distinctionem malo funditus tollere. Nam primo voluntas illa antecedens, non est voluntas. Ita enim statuant Papistæ, voluntatem signi esse metaphoricam: unde certa consequentia, non esse ergo voluntatem, quemadmodum, quia Herodes metaphorice vulpes dicitur, certum est non esse vulpem. Et quia Diabolus metaporphore dicitur leo: Ergo non est leo. Quare, si voluntas antecedens non est voluntas: Ergo nulla est voluntatis distinctio, in antecedentem & consequentem.

XVII. Secundo haec distinctio Deum efficit instar hominis non plene liberum in decretis suis, sed obnoxium rebus ipsis. Nam ita explicatur, quo modo cum quis hominum sibi veller omnia membra retinere integra: & tamen propter gangrenam vult sibi pedem amputari. Nam tum violatur hominis voluntas, vt ita dicam, & cogitur velle illam amputationem. Omnia ad id exemplum, si Deus absolute veller ludam saluum esse: ac propter superueniens peccatum damnaret eundem. Est autem absurdum in Deo imaginari voluntatem non plene, perfecte, infiniteque liberam.

XVIII. Denique, quia Deus omnium, quae sunt, est prima summaque causa: & omnium actionum extrinsecarum nulla sit in Deo naturalis: sed omnes voluntariae: vnde lequitur, voluntatem Dei esse primam, summamque omnium quae sunt, causam: Voluntas autem haec non possit intelligi inefficax: quia haec nihil efficit: sed efficax: Ergo necesse est, voluntatem Dei efficacem, esse primam summamque omnium, quae sunt, causam Porro testantur ipsi aduersari voluntarem antecedentem esse ineffacem: vnde sit, vt ne sit quidem causa rerum quae sunt, sequeretur ergo voluntatem consequentem esse primam, summamque causam. Quomodo a potest, quae consequens est, eadem prima esse & summa? Nam haec contradictione implicant, atq; adeo Beganus hanc definit, quae ex nobis occasionem sumit: Antecedentem vero quae ex Deo solo ortum habet. Enimvero, si ortum, siue occasionem haberet nobis, non potest esse prima & summa.

XIX. Cum ergo in Deo nulla sit voluntas consequens, negatur in argumento antecedens. Nam Deus sua voluntatis nullam habet regulam extra seipsum: haberet autem si propter hoc illud, rebus creatis accidentis, aliter vellet, atque aliter.

X. Undecima ratio, ex analogia voluntatis humanae. Nam si rex proponeret præmium certisibus, hac lege, vt nullus concursetur, nisi qui viceret euaderet: certe nunquam decerneret voluntate absoluta, & efficaci, dare alicui præmium, quamvis amato, ante quam viceret videret. Deus autem proponit omnibus, tanquam præmium, vitam æternam, hac lege, vt nullus consequatur, nisi legitime certauerit poster. ad Timoth. 2. Ergo, nulli decreuit vitam dare, ante præuisa merita.

XI. Respondeo: primo indignum esse Deum mensurari humano modo. Secundo respondeo, hominum alios habere in sua potestate eas ipsas conditions, quae ponuntur ad complementum voluntatis: alios autem non habere. Si habent, tum eos dico voluntate absoluta & efficaci decernere. Prioris ad Corinth. 7. Qui stat firmus in corde suo, nec adigitur necessitate, sed in potestate habet propriam voluntatem, & hoc decreuit in corde suo, vt seruet suam virginem, bene facit. En tibi decretum in corde, id est, voluntatem efficacem, in eo, qui habet in potestate voluntatem suam. Sic rex ille, qui quæcumque amat, si possit ipse, quem vellet efficere victorem, sine dubio ei, quem amat absolute, & efficaciter destinaret præmium.

XII. Quum igitur certum sit in Dei potestate esse, dare illud ipsum legitime certare; quis iam locus contendendi? ad Philipp. Deus est qui efficit in nobis, & vt velitis, & vt efficatis. Quid ergo obstabat, quominus iitdem vita æternæ præmium absolute atque efficaciter destinaret ab æterno?

C A P . VI.

Argumenta Catholicorum contra præuisiōnem operum.

I. Hactenus Papistarum argumenta. Nunc Catholicorum contra: quo? Hrum plurima sufficiunt Scripturæ sacrae: quæ, aut nihil perspicui, nihil certi, nihil docent explorati, aut hoc docet perspicuum, certissimum, exploratissimum, aliquis ad vitam æternam eligi, siue prædestinari, non ex propriarum virium præuisione, siue præscientia, sed ex iera sola que Dei diligenter voluntate.

II. Primum argumentum, ab iis locis qui exerte causam constitutunt Electionis, Voluntatem, Propositum, Consilium Dei. Nam si prædestinatio ad salutem, est secundum voluntatem Dei: ergo non secundum opera.

III. Probatur antecedens. Deuteronomij quarto, Quoniam dilexit Patres tuos, elegit semen eorum post eos: eduxitque te ante se potentia magna ex Aegypto. Encaufam electi Israels amorem Dei. Est autem amor, voluntas. Ad Rom. 9. Ut propositum Dei, quod est secundum electionem, non ex operibus, sed ex vocante, maneret: Cuius vult, misseretur, quem vult inducat. Ad Ephes. 1. Prædestinavit vos, quos adoptaret in filios per Iesum Christum in se, pro benevolio affectu voluntatis sua. Electi sumus, quomodo prædestinati secundum propositum eius, qui omnia officit ex consilio voluntatis sua. Post. ad Timoth. 1. Qui seruauit nos, & vocauit vocatione sancta: non ex operibus nostris, sed ex suo proposito gratia.

IV. Probatur consequentia. Quia alioquin causas duas oportet esse prædestinationis: alteram voluntatem Dei, alteram merita. Ambas igitur vel concurrentes, vel subordinatas. Suntne subordinatae? Ergo, vel Dei voluntas, operibus, quod omnem superat absurditatem? Vel contra voluntati diuinæ opera: ac proinde non pendebit voluntas ab operibus: non potest enim prima causa pendere a posteriori. An igitur causæ sunt concurrentes? Hoc vero fieri non potest, quia in ext̄quatione decreti æque concurreret, ex illo axiome Papistarum. Ita se res singulas habere in esse, quomodo ad cognoscī.

V. Deinde si concurrerent opera, primo, nulla esset igitur præueniens gratia, eorum enim, quae simul sunt, aliud alio prius esse nequit. Quod tamen Papistæ non concesserint. Deinde: Ergo opera voluntatem Dei limitarent, siue determinarent. Exempli gratia, cum vis Solis, quæ in terræ exercitatur, indeterminata sit ad quaslibet frugis, nec minus terra:rum concurrens cum Sole proxima causa pyrus, vtriusque vim determinat ad pyram. Et ita videtur agnoscere Papistæ, qui docent Deum in vniuersum decreuisse homines saluare: sed ex præuisione fieri, vt duntaxat quidam saluentur. Nam hoc modo quae voluntas erat æqualis erga omnes, determinatur ad paucos. At hoc si datur: ergo non quos volet Deus prædestinabit: sed quos præuidebit habitueros opera. Nisi forte quomodo musicus pulsans organa, quam vult vocem elicit: non libere ramen, sed pro tuborum varietate, cui eum sese oportet accommodare: vt hoc tantum ei sit liberum, vt ex iis tubis, quem velit pulset.

VI. Athoc est indignum Deo, qui hoc modo subiicitur causis secundis, & earum serie cohiberetur. Est etiam contra Scripturam. Dixit enim Paulus 9. ad Rom. Misereatur cuius vult, & quem vult inducat: Nam haec verba liberim significant Dei electionem, nec limitatam, aut coercitam. Quomodo Marthæ: vigeſimo, Annon licet mihi quod volo facere in meis? cū significare veleret Dominus, nullam esse rationem reddendam sive liberalitatis, sed sufficiere voluntatem. At si opera præuisa concurrerent, dicendum fuit Paulo, Miseretur bonorum, inducatque malos: & propemodum miseretur quorum debet misereri.

VII. Secundum argumentum: Nullum effectum Prædestinationis est eiusdem causa. At bona opera sunt effecta prædestinationis. Ergo non sunt eiusdem causa. Maior est manifesta ex communis sententi. Et contrarium natura, quæ de eodem dici non possunt ad idem.

VIII. Esse autem bona opera prædestinationis effecta, quod est in minore, probant diversa Scripturæ testimonia. Ad Ephes. 2. Ipsius sumus opus conditi in Christo Iesu ad opera bona, quæ preparauit Deus, vi in eis versaremur. Ad Colossi 1. Gratias agentes Patri, qui idoneos nos fecit ad participandam fortē Sanctorum in luce.

IX. Nihil potest expectari disertus. Primum: Conditi dicimur, & nō. me. creāti: ad bona opera: sic enim recte Beza, illud in ieiōnōis à 22. dōis, melius quam vulgatus interpres, In bonis operibus: quanquæ hoc ipsum bene Thomas, Quia ipsa bona opera junt in nobis à Deo. Rursus preparauit Deus bona opera, vt in iis versaremur, Nihil enim aliud est prædestinationis, inquit Thomas, quam preparatio beneficiorum Dei: inter qua beneficia computantur & ipsa bona opera nostra. Nota Prædestinationis est preparatio beneficiorum Dei. Non præcedunt ergo beneficia ipsam prædestinationem: sic enim præpararetur potius prædestinationis beneficiis. Tum autem in iis beneficiis quae præparantur, ipsa sunt bona opera. Quis igitur ab iis præparari dicat prædestinationem?

X. Ad hæc, idoneos, siue, vt Latinus Interpres, dignos nos fecit (etsi Graece ieiōnōis illud est potius) Thomas, Dixerunt aliqui, quod dona gratiarum sibi dantur pro meritis: & quod Deus dat dignis gratiam, non autem in dignis: ideo hoc excludit Apostolus, quia quicquid habes dignitatis & gratie, hoc Deus fecit in te.

XI. Tertium argumentum: Si prædestinatur homines, vt faciant bona opera: Ergo non prædestinatur, quia vel faciunt, vel facturi sunt bona opera. Ipse communis sensus consequentiam confirmat. Quomodo enim non saluantur, vt prædestinatur: quia prædestinatur, vt saluantur & quomodo non vivimus, vt generemur: quia generamur, vt vivamus: nec vivimus, vt edamus: quia edimus, vt vivamus: ita omnino, si prædestinatur, vt faciamus bona opera: non facimus bona opera, vt prædestinemur.

XII. Antecedens facile probatur. Ioannis 15. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: & constitui vos, vt abeuntes fructum adferatis, & fructus vestris maneat. Act. 22. Deus Patrum nostrorum προεξαπέτει, præordinavit te, vt Vetus Interpres: delegit te, vt Beza proposuit te, vt Syrus: vt cognosceres videntiam, & audires vocem ex ore ipsius. Ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso, antequam iacerentur mundi fundamenta: vt simus sancti, & inculpatiorum eo, per charitatem.

DE PRÆDESTINATIONE.

XIII. Diserta illa sunt. Sed & in illud 2. ad Ephes. de Operibus præparatis, Caietanus, *Ne errares ex supradictis, quod non ex operibus salutis sumus, ne quis glorietur: declarat quomodo opera nostra concurrunt ad salutem nostram. Et consitit sententia in hoc, quod opera nostra concurrunt consequenter. Venique hinc illud est, Act. 13. Crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam eternam. Nam si fides præuisa esset causa prædestinationis, dicendum fuisset àd aliam.*

XIV. Quartum argumentum: Si prædestinationem ad salutem præcedit præuisio operum: Ergo vocatio est quodammodo à nobis, saltē quoad efficaciam. At hoc falso: Ergo & illud. Consequentia per se est manifesta, ex statu questionis: quæ est de prædestinationis causa ex parte nostri. Si igitur statuitur præuisio operum, tū cum votati fuerimus, quandoquidem iū qui carent operib. frustra vocantur. Ergo efficacis vocationis, ex parte nostri, causa erit aliqua nempe bona opera, sive potius voluntas nostra mouens se ad bona opera.

XV. Assumptum probatur. Nam ea opera præcedere oportet vocationē, vel sequi. At neutra hæc, possunt efficacem reddere vocationem. Non enim præcedentia: Iohannis, *Nō vos me elegistis: sed ego elegi vos.* Sensus est antequā Christus vocet quempiam, nullum eius esse bonum motum ad Christo hærendum. Villagodus, *Vt intelligatis (inquit Christus) quanto honore sum vos dignatus, neque vos me, ut populus regem, aut milites ducem, aut discipuli preceptorē, elegistis: neque vestris officiis me ad amicitiam provocabis, ut debitis sit redamare: neque ultra venistis ad amicitiam, ut humanitatis sit amantes redamare: sed ego ex gratia & misericordia, quum adhuc essetis seruisci seruitus, immo inimici, & ab amicitia Dei proorsus alieni: volens & ultra vos nihil adhuc promeritos, selegi ab omnibus electione tum aeterna, tum temporali. Aquinas, *Hic ponit amicitia causam. Confuetum est autem apud homines, ut unusquisque sibi attribuat causam amicitiae.* Eccles. 27. *Omnis amicus dicit: Et ego amicitiam copulau. Et sic multi attribuunt sibi diuina amicitia causam: dum sibi principium bonorum operum attribuant, & non Deo. Et Dominus hoc exclusus dicit, *Non vos me elegistis: quasi dicas, Quisquis ad hanc dignitatem amicitia vocatus est, non sibi causam amicitiae tribuat: sed mihi, eum ad hoc eligenti.* Et post, *Sunt autem aliqui dicentes, electionem Dei temporalem, ex meritis electorum causari: Sed hoc est contra illud, quod hic dicitur. Nam si deo elegit te, quod bonus eras, non autem poteras bonus esse, nisi bonum elegeres: hoc autem bonus potissimum est Deus: Ergo primo elegisti bonum quod est Deus, quam elegereris.***

XVI. Similis locus 1. Ioh. 4. *In hoc est charitas, non quod nos dixerimus Deum, sed quod ipse dilexerit nos, & misericordia Filiū suum, ut esset propitiatio pro peccatis nostris.* Guillaudus, *Non est quod quis cristas erigat tribuens suis viribus, quod filius Dei factus sit homo. Nam prius nos dilexit Deus, quam hunc dilexerimus: immo nostra in Deum dilectio originem habet ab ipso Deo, qui charitas est. Nō nostris meritis, salutem nostram, & iustificationem nobis comparauimus.* Ad eos. *Ad Rom. 5. Christus eterne noster, & qui adhuc infirmi, ut Vetus Interpres, *sue nullis viribus effemus, ut melius Beza, suo tempore pro impiis mortuus est. Non, Nondum natis pueris, cum nihil fecissent boni vel mali: ut proprium Dei, quod est secundum electionem, non ex operibus, sed ex vocante, manere, dictum est. Major seruiet minori: sicut scriptum est, Iacob dixi. Vndeclimo, Quis prior dedit ei, & redditur ei? Ad Tit. 3. Postquam bonitas, & erga homines amor apparuit Seruatoris nostri Dei, non ex operibus iustis, qua fecerimus nos: sed ex sua misericordia seruauit nos.**

XVII. Nulla ergo nostra bona opera præcedunt vocationem. Sed sequuntur tamen. Ergo propter hæc, saltem præuisa, fit prædestinationis. Minime vero. Causa. Quia hæc ipsa opera fluunt à vocatione efficaci. Si autem non sunt hæc opera causa vocationis, ergo multo minus prædestinationis. Quod disputatum est paulo prius, argumento secundo.

XVIII. Deinde, indefinite, immo vniuersaliter, Scriptura remouet opera: Ergo tam præcedentia, quam sequentia vocationem. Post. ad Timoth. 1. *Seruauit nos, & vocauit nos vocatione sancta: non ex operibus nostris: sed ex suo proposito & gratia.* Ad Ephes. 2. *Eritis seruati per fidem, id est, non ex vobis: Dei donum est, non ex operibus: ne quis glorietur.*

XIX. Denique, si opera nostra præuisa, sine præcedentia, sive sequentia vocationem, essent causa prædestinationis. Ergo iū vocarentur, qui alii promptiores & faciliores essent ad obsequendum. At hoc falso: Matth. 11. *Vt tibi Corazin: & tibi Bethsaida. Nam si in Tyro & Sidone editi fuissent virtutes, que edita sunt apud vos, olim in sacco & cinere resipserint.* Attestatur eveniens. Nam constat multos vocari, quorum vita erat deterior, quam aliorum plerorumq; qui neglecti sunt. Certe Aristides, Taranus, alij, longe magis fuerunt viri boni, quam latro ille, vna cum Domino crucifixus. Sed & Paulus sibi persecutori, blasphemо, iniurioso, peccantium primo, gloriatur factam esse misericordiam. Denique infantibus saltē nulla est dilcretio.

XX. Quintum argumentum. Nihil quod fit propter opera, fit gratis. At prædestination fit gratis. Ergo nō propter opera. Probatur maior: *Quia quicquid fit gratis, fit per gratiam.* At quod fit propter opera, non fit per gratiam. Ergo neq; gratis. Major probatur Rom. 3. *Gratias per gratiam ipsius: quamvis alias probatione nulla indigat: sed per se fit nota.* Minor autem probatur, ad Rom. 4. *Ei qui operatur, merito non imputatur ex gratia, sed ex debito.* Vndeclimo, *Super gratiam, non iam ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia: sin ex operibus, iam non ex gratia: alioquin opus iam non est opus.* Adeo opposita sunt, ex operibus & ex gratia: ut non possint vna confitire: sed vnum aliud perimat.

XXI. Fieri autem prædestinationem gratis probatur ad Ephes. 1. *Prædestinavit nos, quos adoptaret in filios per Iesum Christum in se: pro beneficio affectu voluntatis sua, ad laudem gloriosam gratiam suam, qua nos gratias efficit sibi gratios in illo dilectio: in quo habemus redempcionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, ex diuinitate ipsius gratia.* Secundo, *Gratia ejus seruati.* Vnaque excitavit unaq; collocans in cœlis in Christo Iesu: ut ostenderet seculis succendentibus, summas opes sua gratias, erga nos, benignitate in Christo.

XXII. Probatur iterum, quia, si ex sequuo prædestinationis est gratuita: Ergo & ipsa prædestination. Non est enim aliter in opere, quam sicut in decreto: ut tæpe dictum. At exsequuo prædestinationis est gratuita ad salutem. Ad Ephes. 2. *Gratia ejus seruati.* Ad Roman. 11. *In hoc tempore, reliqua secunda electionem gratias salves factas sunt.*

XXIII. Sextum argumentum: Si prædestination ad salutem est ex præuisis operibus: Ergo, qui infantes moriuntur, vel non saluantur, vel non

prædestinati saluantur. At utrumque consequens est falsum. Ergo antecedens. Consequentia certa, Quia, si nemo seruatur non prædestinatus: & nemo prædestinatur sine præuisis meritis, omnino necesse est cum, cuius nulla sunt præuisa merita, non saluari. Vel, si nemo prædestinatur non præuisis meritis, & saluantur tamen quidam non præuisis meritis: Ergo quidam saluantur non prædestinati.

XXIV. Iam vero nou posse infantium, qui quidem infantes moriuntur, præuideri ylla merita, certum: quia nulla omnia futura sunt. Eset enim fallax Dei præuisio, quia præuideret futurum id, quod non eset futurum. Nulla a. infantium esse merita, inde apparet; quia non fruuntur libero arbitrio: vnde describuntur ex mera ignorantia. Iona 4. *Qui nesciunt quid sit inter dextram & sinistram suam.* Sunt merita omnia cœnaciorum: quæ in infantibus nulla esse potest; propter eam ignorantiam. Et Augustinus obseruat nullum illis motum esse ad salutem, quod saepe reluctantur baptismo, cui offeruntur: quod nunquam fieret, si saluandi essent ex præuiso ysu liberis arbitrij. Tum autem ipsum baptizari, non est eorum, aut efficientium, aut voluntium, aut omnino cogitantium.

XXV. Assumptum probatur per partes. Nam primo, absque prædestinatione, saluari quenquam longe absurdius est, quam mori. At Christus docet neminem mori sine certa Dei voluntate, id est, prædestinatione. Ergo multo minus saluantur quicquam, absque prædestinatione. Non est n. verisimile minorum Deum curare: maiora negligere. Tum autem, si sine prædestinatione: ergo sine delectu. Si sine delectu: ergo promiscue omnes, & fortuito. Quo, quid fieri potest absurdius?

XXVI. Secundo, saluari quosdam infantes, nemo negat, præter Pelagianos. Papistæ concedunt, saltem baptizatos. Catholici etiam quosdam non baptizatos, disputabunt suo loco *omn' Θεόν,* Enimvero fœdus complectitur etiam pueros, *Ego Deus tuus, & seminis tui.*

C A P. VII.

Sententia Veterum.

I. Hæc ipsa Catholicorum sententia fuit olim aduersus Pelagianos cōstantissime asserta, & illustrata: et si prius paulo negligentius habita: quomodo solent hæreses cedere in bonum Ecclesiæ: vt earum importunitate vexati Catholicorum sensus exercitatores fiant in Scripturarum intelligentia.

II. Certe Augustinus hanc totam rem, non à præcedentibus tantum: sed etiam à scipio somnolentius considerata, postea diligentius examinata ex diuinis literis, constanter defendit prædestinari homines ad salutem, nō propter yllam meritorum prævisionem: sed ex pura puta gratia. In quam partem existant plurimæ eius, cruditissimæque disputationes, in libris de Prædestinatione & Gratia: de Prædestinatione Sanctorum: de Gratia & libero arbitrio: de Correptione & gratia: Hypogn. & alii.

III. De Prædestinatione & gratia c. 7. *Quod si futuros eorum mores dicunt diuinū discessisse iudicium, profecto illud evanescatur, quod promisit Apostolus dicens: Non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia major seruiet minori. Non enim ait, ex præteritis operib. sed quum generaliter dixerit, non ex operibus: ibi & præterita intelligi voluit, & futura: præterita scilicet, quæ nulla erant, futura quæ nondū erant. Prædestinatus est Iacob vas in honorem: quia non ex operibus, sed ex vocante dictum est, maior seruiet minori. Et ne forte vasa in honorem prædestinata, suis aliquid viribus tribuendo, negarent gratiam creatoris, alio eos loco Apostolus vasa misericordia nominavit: ut totum quequid essent, secundum misericordiam se esse cognoscerent. Cap. 16. Hanc itaq; diuinā electionem, non meritis reddi, sed sola voluntatis munificentia donari hominibus Moyses ostendit.*

IV. De Prædestinatione Sanctorum lib. i.c. 10. *Quod si ixi salutem religiosi huius, nulli unquam defuisse, qui dignus fuit: & dignum non fuisse defuit: si discutatur, & quaratur, vnde quisque sit dignus: non desint qui dicant, voluntate humana: nos autem dicimus gratia vel prædestinatione diuina. Et post, Quando promisit Deus Abraham in semine eius fidem Gentium, dicens, Patrem multarum gentium posui te: unde dicit Apostolus: ideo ex fide, ut secundum gratiam si promissio omni semini. Non de nostra voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit. Promisit enim quod ipse facturus erat, non quod homines: quia eti si faciunt homines bona, quæ pertinent ad colendum Deum, ipse facit ut illi faciant, quæ præcepit: non illi faciunt, ut ipse faciat quod promisit: alioquin, ut Dei promissa compleantur, non in Dei, sed in hominum est potestate: & quod à Domino promissum est, ab ipsis rediitur Abraham. Et 15. Sicut prædestinatus est ille unus Christus, ut caput nostrum esset: ita multi prædestinati sumus, ut membra eius essent. Humana hic merita conticescant, quæ perierunt per Adam, & regnet, quæ regnat, Dei gratia per Iesum Christum Dominum nostrum, unicum Deum Filium Dominum nostrum. Quisquis in capite nostro præcedentia merita singularis illius generationis inuenierit: ipse in nobis, membris eius, præcedentia merita multiplicat & regenerationem inquirat. Neque enim retribut a Christo illa generatio, sed tributa, ut alienus ab omni obligatione peccati, de Spiritu & virginie nascetur. Sic & nobis, ut ex aqua & Spiritu renasceremur, non retributum est pro aliquo merito: sed gratis tributum. Mens perspicua, Si nos prædestinamur ex prævisione meritorum, in vitam: ergo & Christus. At hoc falso: ergo & illud.*

V. De bono Perseuerantiae c. 8. *Sed cur, inquit, gratia Dei non secundum merita hominum datur? Respondeo, quoniam Deus misericordia est. Et 12. Conscitur itaq; gratiam Dei, non secundum merita accipientium dari, sed secundum placitum voluntatis eius, in laudem & gloriam ipsius gratiae eius: ut qui gloriantur nullo modo in seipso, sed in Domino gloriantur: qui hominib. dat quibus cult: quoniam misericordia est: quod & si non det, iustus est: & non dat, quibus non vult, ut notas faciat dinitas gloria sua in vasa misericordia, decimo tertio. Vnde satis diliscide ostenditur, & inchoandi & usque ad finem perseuerandi gratiam Dei, non secundum merita nostra dari, sed donari secundum ipsius secretissimam eandemq; iustissimam, beneficentissimam, sapientissimam, voluntatem. Et 16. Aut sic prædestinatione predicanda est, quemadmodum eam sancta Scriptura euideuter loquitur, ut in prædestinatione sine penitentia sint dona, & vocatio Dei: aut gratiam Dei secundum nostra dari merita confitendum, quod sapiunt Pelagiani.*

VI. De Correptione & Gratia, c. 7. *Hoc omnia operatur in eis, qui vasa misericordia operatus est eos: qui & elegit eos in filio suo ante constitutionem mundi per*

per electionem gratiae. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Hypognost 6. Deus est qui iustificat impium, non praeuentus humana voluntate, sed ipse praeueniens hominis voluntatem, misericordia sua. Item. Diximus de damnabili humani generis massa, Deum praeferre misericordia sua, non meritum, quos & electione gratiae praedestinavit ad vitam.

VII. In Ioannem tract 86. Hic certe vacat vana illorum imaginatio, qui praeuentiam Dei defendunt contra gratiam Dei: & ideo dicunt nos electi ante mundi constitutionem, quia prescivit nos Deus futuros bonos. Non hoc dicit, qui dicit, Non vos me elegistis. Quoniam, si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse nos prescivit: simul etiam prescisset, quod eum nos fuissimus prius electuri. Non enim aliter esse possemus boni: nisi forte, icendus est bonus, qui non eligit bonum.

VIII. Augustini sententiam deinceps sequuti sunt Prosper & Fulgentius: in tutati aduersus calumniatores; quibus plurimis fuit olim; ut hodie, obnoxia. Fulgentius ad Monimum, Hoc igitur ista misericordia Dei in homine subsequitur, quod praeueniens ipsa largitur. Et ideo non solum errantem iustificando, ad viam renocat, sed etiam bene ambulantem custodit & adiuuat, ut ad donum glorificationis eternae perducat. Hac autem omnia, id est, & vocatio nostra initia, & iustificationis augmenta, & glorificationis premia, in praedestinatione semper Deus habuit: quia & in vocatione, & in iustificatione, & in glorificatione Sanctorum gratia sua opera futura prescivit. Et post, Si in his quos Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi benedixit in omni benedictione spirituali, in celestibus, in Christo Iesu, sicut elegit eos in ipso ante mundi constitutionem, ut essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, qui praedestinavit eos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum in ipsum: ergo in his causa praedestinationis queratur, non utique alia, sed sola gratuita Dei misericordia reperitur. Ita cum, Hoc est in sanctis causa praedestinationis divinae, preparatio scilicet iustificationis, & adoptionis indebita: quam quia non merebatur voluntas hominis mala: non est eius causa nisi sola voluntas Dei bona.

IX. Neque Aquinas ab istis videtur recessisse. In 9. enim ad Romanos, cum recitat eorum tententiam, qui Miserebor, cuius miserebor, exponebant: illius miserebor vocando, & gratiam apponendo, cui, praeclus ero, quod misericordiam datus essem sciens illum conuertendum, & apud me permansurum. Sed videtur, inquit, quod nec hoc conuenienter dici possit. Manifestum est n. quod nihil potest nisi, ut ratio praedestinationis quod est praedestinationis effectus, etiam si accipiat, prout est in Dei scientia: quia ratio praedestinationis, & intelligitur praedestinationi effectus autem in ipsa includitur. Manifestum est autem, quod omne Dei beneficium, quod homini confert ad salutem, est diuina praedestinationis effectus. Diuinum autem beneficium, non solum extendit se ad infusionem gratiae, qua homo iustificatur: sed etiam ad gratiam & usum: sicut etiam in rebus naturalibus, non solum causat ipsas formas in rebus, sed etiam ipsos motus & operationes formarum: eo quod Deus est principium omnium motus, vius operatione cessante a mouendo, ex formis nullus motus, vel operatio sequitur. Et post paulo. Sic igitur non potest esse, quod merita consequentia gratiam, sive ratio miserendi aut praedestinationis: sed sola Dei voluntas, secundum quam aliquos misericorditer liberat.

C A P. VIII.

Argumenta Papistarum de causa Reprobationis.

I. Hactenus de Prædestinatione Sanctorum. Deinceps de Prædestinatione Reprobatorum: an sit ex operum prævisione futurorum. Quod, ut diximus, affirmant omnes Papistæ: nisi quod pauci distinguunt. Reprobationem negatiuam, à Positiva: & illam non esse à prævisione: hanc contra.

II. Argumentum hoc habent primum Gregorius de Valentia. Si Deus sua sponte non vult homines perire, & donis diuinis destitui: sed quantum in eo est, omnes sua benevolentia prosequi, & saluos facere: ergo neminem reprobatur absque operum prævisione. Pater antecedens multis locis.

III. Respondeo, Primo hoc argumentum esse inutile iis, qui ponunt Reprobationis negatiuam nullam esse causam. Ratio, quia perditio hominis non tantum sequitur reprobationem positivam: sed etiam negatiuam. Itaque si Deus sua sponte noller quenquam perire: Et quicunque negatiue reprobatur, destinat perditioni: Ergo ne negatiue quidem quemquam reprobaret. Id est: negatiuæ reprobationis oportet aliam causam dari, præter voluntatem Dei: quod tamen illi negant.

IV. Secundo: Quomodo velit nolite Deus homines seruare; dictum nobis præcedent libro. Itaque nego consequiam. Quia in antecedente agitur de voluntate & agere, in consequente autem de voluntate & desiderio. Alioquin, si antecedens verum esset de voluntate & desiderio, nemo proflus damnaretur, quia haec semper est efficiax: nec frustrari potest suo eventu. Porro vtrum voluntas est spontanea: Ideo que non tantum sponte Deus vult omnes homines saluari quoad voluntatem tuam: iesu christi: sed etiam sponte vult aliquos damnari, quoad voluntatem tuam & desideria. Quis enim potest Deum cogere, ut aliquid velit?

V. Secundum argumentum: Si peccatis hominum iusto Dei iudicio redditur pena æterna: Ergo prædestinatione pender ex iis præuisis. Probatur antecedens Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum: Esur, si enim, & non dedisti mihi manducare. Ad Rom. 2. Ira & indignatio in omnem animam operantis malum.

VI. Respondeo negari consequiam: nam reddere peccatum æternam non est reprobatio: sed effectus, siue potius exsequitio reprobationis, & est oracula certissimum, nunquam in exequitione cuiquam infigi penas, nisi reapse præcedentib. meritis. Sed vicissim certum, ut alias diximus, non præcedere decretum, quæcumq; præcedunt ipsam damnationem. Nam & in altera parte, id est, Electione, id ipsum cogitur agnoscere Bellarminus, & qui cum eo sentiunt. Non magis a Scriptura iubet maledictos ire in ignem æternum, quia non dederint cibum, potumque, quam benedictos in regnum paratum: quia dederint & tamen prævisionem operis euicimus, & consentit Bellarminus, non esse causam electionis.

VII. Nam quod idem Bellarminus dissimilitudinem profert Electionis & Reprobationis, ut potuerit Deus prædestinare ad vitam æternam sine prævisione operum, quia potuerit autor esse prædestinatus, ut bona opera facerent: at non potuerit autor esse reprobis, ut mala opera facerent: ideoque nec potuisse reprobare absque prævisione.

VIII. Hoc vero frustra est. Quia haec nulla dissimilitudo est Electionis & reprobationis: sed salutis & damnationis. Ita est omnino. Deus Paulum non tantum prædestinavit ad vitam: sed etiam per gratiam autor fuit omnium, quæ in eo media fuerunt ad salutem, id est, operatus est in eo velle & perficere. At Iscariotam etiæ prædestinavit ad interitum, sive ut loquitur Lucas ad suum locum: tamen non exequitus est id decreatum, nisi præcedentibus meritis Iscariotæ: quorum meritorum autor dici non potest Deus. Verum tamen nos negamus neminem reprobari posse a Deo, nisi aut propter prævia merita prædestinet, aut propter eorum meritorum autor sit. Imo, in eo admirandam eius sapientiam constituant elucere, quod eos ab æterno destinavit æternum exitio, qui tamen in id exitum nunquam veniunt sine suo merito: atque ita constet prædestinanti sua certissima iustitia, & in tanto perscrutando arcano, fatentur prorsus cœcutire.

IX. Tertium argumentum: Quicunque punit aliquem sine culpa, iniustus est. At qui condemnat aliquem sine causa, is punit sine culpa. Ergo quis quis condemnat aliquem sine causa, iniustus est. At Deus non est iniustus. Vnde Augustinus, De Gratia & Libero arbitrio c. 22. Deus redidit malam pro malis, quia iniustus est: bona pro malis, quia bonus est: bona pro bonis, quia bonus, & iniustus est: solum non reddit mala pro bonis, quia iniustus non est. Quare neminem condemnat sine causa.

X. Respondeo, Reprobationem neque punitionem esse, neque condemnationem: sed primum summumque decretum punitionis, & condemnationis. Itaque argumentum ire procul à questione, in qua agitur de Reprobatione. Concedo, neque condemnari quenquam a Deo, neque punitur absque culpa, absque causa. Sed haec culpa, sed haec causa, ut punitionem ut condemnationem præcedat, non ratione tantum, sed etiam tempore: Ita Reprobationem sequitur: quemadmodum subordinatas causas necesse est esse posteriores summa causa.

XI. Deinde causam Reprobationis non dicimus omnino esse nullam: sed tantum à parte reprobati. Nam alioquin gloria Dei dicimus causam esse summam reprobationis. Reprobari autem aliquid propter Dei gloriam, non est iniustum: quomodo destinari vas ad ignominiam, propter artificis utilitatem, nihil habet, quod quisquam merito reprehendere possit. Neque vero aliter statuere quisquam potest, nisi qui plus iuris afferat figulo in sua vita, quam Deo in suas creature. Quod est supra omnem absurditatem.

XII. Quartum argumentum: Si nullo habito respectu liberæ hominum, vel cooperationis cū gratia, vel repugnantia, Deus à se solo motus, prædestinat aliquos ad mortem, ergo idem illis consulto salutem redderet impossibilem: ut qui eos, absque aliqua in ipsis causa, prædestinatione ad salutem consequandam omnino necessaria, non dignaretur. At consequens à diuina benignitate alienum est: sed & meritis Christi repugnat, qui, ut pro omnibus mortuus est, ita etiam omnibus meruit, ut quantum est ex parte Dei, nemini salus impossibilis est. Argumentum est Gregorij de Valentia.

XIII. Respondeo, primum hoc arguento oppugnari non rantum nostram sententiam: sed etiam Bellarmini, Suaris, aliorumque: qui Reprobationis saltem negatiuæ, præter Deum ipsum, nullam omnino causam agnoscent. Nam ea reprobatio, quantumvis negatiua, certa est, & quamvis non destinat ad poenas, tamen aetate a salute: ac proinde salutem efficit impossibilem iis, qui eo modo reprobantur, nimis hoc sensu, ut non possit frustrane esse id decretum reprobationis, quomodo etiam in electis eadem prædestinatione efficit impossibilem damnationem.

XIV. Secundo hoc idem argumentum funditus tollit infantium reprobationem. Nam in iis nullum esse posse respectum cooperationis cum gratia aut repugnantia manifestissimum est. Et tamen in iis ipsi dilertissime Paulus non prædestinationem tantum ad salutem, sed etiam reprobationem constituit, testibus Scripturis. Augustinus etiam inde petit demonstrationem firmissimam contra Pelagianos. Et sane, vel assertum nullos infantes destinari ad poenam, vel confitendum, aliquos destinari nullo habito respectu cooperationis aut repugnantia. Illud ergo, cum sit absurdum, hoc potius tenendum pro vero. Ac proinde sequitur, non esse alienum à Deo aliquem hominem reprobare absque hoc respectu. Nam, si esset alienum: ergo nemmo sic reprobaretur: ne infantes quidem. Nam ne illud quidem restat, ut dicat quis absurdum non esse in infantibus, sed tantum in adultis. Nam quis ferat?

XV. De benignitate Dei & meritis Christi, quod addit, facilis nodus. Et enim benignitatem suam Deus non vult exferre in omnes promiscue & absque discrimine. Imo Apostolus testatur, velle potius in nonnullis damnis iram ostendere 9. ad Rom. Hoc autem, cum Deus sic testatus sit per Apostolum suum, absurdum est, sic de illo cogitare, quasi solam in eo benignitate considerari oporteat: ut si quid in homines agat severius, statim arcessendus sit crudelitatis, & nobis rationes debeat. Apage impiobam nequitiam.

XVI. Meritis autem Christi, omnibus id hominibus acquisitum, ut quæcumq; ex parte Dei, nemini salus esset impossibilis, nemo concesserit Catholicus. Nam id, quid significat, si non significat, ea morte Christi factum, ut Deus nihil officiat, quo omnes saluari possint? Ethoc quisquam assertat inter Christianos sanus Deum, inquam, quisquam assertat nihil omittere, quantum in se est, non dico in omnibus Turcis, in omnibus Iudeis: sed etiam in omnibus infantibus, ut saluari possint? Vnde igitur tot hominum myriades, qui de Christo nihil inquam audierunt? Aut, potest ne quisquam ita saluari, utne grandis quidem natu, quicquam de Christo audierit? Vnde tot infantes, vel Ethnorum, quibus certus est interitus, nobis consentientes: vel Christianorum, quibus absque baptismō decedentibus Papistæ omnnes interdicunt vita æterna? Vnde illud demique Matth. 11. Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terra, quod abscondaris haec a sapiensibus, & intelligentibus. & ea dexteris infantibus. Etiam, Pater: quia ita placuit tibi? Certe, si nemo saluari potest absque his cognitis; Et Deus haec abscondit a prudentibus sculi: non facit Deus, quantum in se est, ut in hominibus sit salus possibilis.

XVII. Denique Gregorius de Valentia agnoscit prædestinationem esse omnino necessariam ad salutem. Litiget ergo cum Bellarmino, cum Suarez, negantibus omnes esse prædestinatos: imo cum Augustino, cum ipsa veritate, id est, Christo, assertore ex votatis multis paucos esse electos. Enim-

DE PRÆDESTINATIONE.

118

uero, si non omnes Deus prædestinat: & tamen prædestination est ad salutem omnino necessaria: ergo non est nullis ex parte Dei salus impossibilis.

XVIII. Quintum argumentum est apud Driedonem: Si Dei odium, & temporalis deterratio, sive obduratio, finalisque damnatio habent causam in homine: Ergo & reprobatio. Probatur consequentia: quia nomine reprobationis aeternæ, ea tria importantur. Probatur antecedens. Quia Deus neminem odit, nisi propter peccatum. Sapient. 11. *Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti.* De desertione, Proverb. 1. *Vocavi, & renuisti.* Matth. 23. *Volu congregare, & nolustis: ecce relinquitur domus vestra deserta.* De damnatione finali patet: quæ causam habet malum liberi arbitrij meritum.

XIX. Respondeo. Primo de desertione non probari antecedens, imo nec de damnatione. Instantia contra est certissima ab infantibus, qui deseruntur, & damnantur nullum ob malum usum liberi arbitrij. Itaque, qui ex Proverbis & Matthæo describuntur loci, omnino hos necesse est esse particulares: non enim verum, omnes qui deseruntur fuisse vocatos: et si verū, vocatos, nec consentientes deserit. Certum enim non omnes homines vocari, non tantum infantes, de quibus dubitari nequit: sed ne adultos quidem.

XX. Secundo in desertione, & damnatione negatur consequentia. Quia exsequitionis non eadem ratio, quæ decreti, ex Reprobatione autem concedimus sequi desertionem, & damnationem: sed tanquam subordinatas primæ causæ. Non est prædestination; aut desertio, aut damnatio: sed decretum, quod illæ sequuntur. Itaque, et si desertionis, damnationisque causæ sunt in quibusdam merita mala præcedentia: tamen non propterea etiam reprobationis.

XXI. Quod si, nihil Deum odisse eorum quæ fecit, pronunciat autor Sapientiæ Apocryphus: at contra pronunciat ipse Deus se odisse Elau. Neq; est, quod regerant odisse propter peccata: nam contra diserte Paulus. Ut alterum necesse sit Christiano, vel discedere ab autote Apocrypho: vel si tanti est, ut tuenda sit eius auctoritas, distinguere odium. Ut sit aliquando exsequio reprobationis, sive decreti in reprobatis: alias ipsa prima causa eius exsequitionis, id est, decretum ipsum. Nam de illo odio facile possumus intelligere loqui Sapientiæ autorem, quod necessario præsupponit præcedens peccatum: de isto vero Paulum, sive apud Paulum Deum: & Reprobatio, odium importare dicetur, vel, ut sit idem reprobatio, & odium negabitur que antecedens, vel ut reprobationis sit consequens odium, & negabitur consequentia, ut prius.

XXII. Sextum argumentum Ioannis à Bononia: Deus nullum Angelum reprobavit sine meritis. Igitur neque usum hominem. Probatur antecedens: quia omnes Angeli erant in gratia creati, in qua si permanissent, fuissent sine dubio salvi omnes.

XXIII. Respondeo, primo consequentiam posse videri non necessariam. Neque enim in hominib; omnia se habent, ut in Angelis. Exemplum Deus Angelum nullum damnavit, nisi propter peccatum actuale, &, ut loquuntur vulgo Papistæ propter malum usum liberi Arbitrij: nullum enim aliud habent peccatum Angeli. At homines etiam sine usu suo actuali peccato, sine usu malo usu liberi arbitrij, ut patet in infantibus.

XXIV. Secundo, negatur antecedens Nam Dei prædestinatione vniuersalis est. Itaque non homines tantum ab æterno prædestinati: sed etiam Angeli, & vtrinque prima summa que causa est, voluntas Dei. Nec contra probatur quicquam. Nam quid tum, si omnes Angeli creati sunt in gratia? Nā & Adamus: qui si perseverasset sine dubio tum ipse, tum eius posteri saluandi fuissent omnes. Quomodo igitur non obstat Adami creatio, sic neq; Angelorum, quo minus ab æterno sola discernente Dei voluntate, tanquam prima causa & summa, alij electi sint ad salutem: alij reprobati ad damnationem.

XXV. Septimum argumentum, apud eundem: Si quosdam Deus reprobavit absque operum meritis, ergo non creavit omnes ad salutem. At hoc falsum Nam Philosophi prope omnes, qui paulo propius ad veritatem accessere, viderunt: dictat etiam in cordibus nostris scripta atq; impressa lex: docet & ipsa ratio, Deum sola sua bonitate adductum, ut illam ipsam beatitudinem, quantum singulorum natura patitur, aliis communicaret: atque omnia, quantum ad te attinet ad propriam perfectionem, sive ad excellentissimum cuiusque naturæ gradum perpetuo perducet.

XXVI. Respondeo: quod dicitur, Deum creasse omnes ad salutem, intelligi, vel de statu hominis, in quo posset perseverando ad salutem peruenire, vel de decreto, quasi apud se constitutum Deus habuerit omnes saluare, quos crearet. Prior sensu consequentia est inepta. Nam, et si reprobavit ab æterno quosdam Deus: tamen ita reprobavit, ut ne ad damnationem venirent, nisi suo proprio vitio. Itaq; hominem oportuit creatum in eo statu, qui optimus esset, & ducens ad salutem. Neque n. ita reprobatio intelligenda, quasi absolute implenda, & absq; usus mediis: sicut neque Electio. Breuiter, et si ab æterno constitutum sit apud Deum, quosdam homines damnare: tamen quia non erant damnandi absque eorum merito: eam ob causam creatus homo fuit in statu gratiae: a quo tamen decidere posset, & mereti datum non est. Itaque argumenti consequentia nulla est.

XXVII. Sin autem sensus sit alter: tum vero consequens est verum. Certe enim non sunt omnes homines facti in hunc finem. Imo Scriptura dicit, impium creatum à Deo in diem malum. Et omnino ita oportet: nisi forte malint Dei decretum æternum frustra esse, & illusorium. Quomodo enim aliter decretisset, statuisse omnes saluare, & tamen plerique damnarentur? Hoc ne cogitare quidem quisquam potest, ut non Deum similem faciat homini, cuius consilia eventus plerunque frustratur: ut cum David constituerat templum construere, nec construxit prohibente Deo. Et Paulus saepe proposuit venire Romam, sed prohibitus fuit, ad Rom. 1.

XXVIII. Nec contra quicquam probatur. Nam benignitas diuinæ nulla expers est creatura: ne illa quidem, que abit in interitum: tum quia temporalia recipit beneficia nullo numero comprehendenda: tū quia ipsum suum esse non habet aliunde. At vero non omnis Dei benignitas est ad salutem. Neque eam, quæ est ad salutem, aut Philosophi, aut lex vlla, aut ratio suadere potest, omnibus communicandam.

XXIX. Quod autem de gradu excellentissimo subiicitur, manifesto falsum est. Alioquin nihil Deus creaserit in usum humanos, cum certum sit ho-

mi tem, utendo rebus creatis, easdem ut plurimum destruere: & quidem, plerique non expectato eorum gradu excellentissimo: ut necesse sit, vel abuti iis hominem, id est, ut contra ius fasque, id est, contra voluntatem diuinam, quod non absurde non potest dici. Vel eas Deum non creasse, ut perducantur ad propriam perfectionem: nimis ex decreto: sed tantum ita creasse, ut earum status, qui est à creatione, possit deducere ad earum perfectiōem.

XXX. Octavum argumentum Greg. de Valentia: Si quos ab æterno destinavit Deus aeternæ damnationi absque respectu ad eorum futura peccata: Ergo, vel reprobatio non est certa: vel potest exsequitioni mandari sine peccatis eius, qui est reprobatus, vel imponet necessitatem peccandi reprobatio. At hæc omnia sunt absurdæ. Ergo & illud, Probatur consequentia. Quia, stante hypothesi prædestinationis, reprobatis, vel potest non peccare, vel non potest non peccare. Si potest non peccare: Ergo vel potest non damnari & sic incerta reprobatio, vel potest damnari absque peccato. Quod est iniustum. Augustin. Epist. 106. *Si Deus quæquam immitterit damnare creditur, immunit ab iniquitate non creditur.* S. n. a. non potest non peccare: ergo necepsim simpliciter peccat: cum ea hypothesis omnibus modis antecedat reprobri libertatem.

XXXI. Respondeo, illud absque respectu ad futura peccata, *an p. c. b. a. s.* dici: ut intellegatur, vel destinare absque eo respectu: vel destinare damnationi futurae absque eo respectu. Quorum hoc posterius omnino fallum: neque inquam a Catholicis assertum. Illud vero, rursus distinguendum, ut destinatio absque eo respectu intelligatur, vel sic, ut destinationis causæ non sint peccata, vel, ut omnino in prædestinatione nullo modo comprehendantur peccata futura. Et hoc posteriori modo, nunquam id assertum Catholicis: qui sciunt, non finem tantum, sed etiam media subordinari prouidentia diuina. Illud ergo tantum Catholici assertunt: hæc peccata futura, non esse causam cui Deus quodam prædestinari ad damnationem. Tum autem necessitas peccandi, est vel tantum certitudo euentus, vel coactio opposita libero arbitrio. Et hoc modo necessitatem imponi peccatori absurdum est: at non illo, ut alias disputatum.

XXXII. Hoc ergo stante, nego consequentiam: nam & reprobatio est certissima: nec exsecutioni mandari potest absque præcedente peccato: neque illa necessitas imponitur peccatori, quæ cogat ad peccatum. Nam, nec Deus falli potest in suis decretis: Et decreta Dei, comprehendunt etiam media ad finem: & in exsecutione, vt utitur Deus causis proximis, pro earum natura: ideoque liber arbitrio libere, non autem coacte. Inde fit, ut et si reprobis non possit non peccare, ut ne frustra sit Dei decretum, & impletur præcedente peccato: tamen homo nullus peccet coacte: sed omnes libere. Ut nihil sit iniusti in Deo.

XXXIII. Nonum argumentum eiusdem: Si Deus non propter peccata reprobat homines: Ergo pauciores sunt reprobati, quam electi. Consequentia autem probatur ex eo, quod Deus propensior est ad misericordium, quam ad iracundum.

XXXIV. Non est novum argumentum: sed repetitum id ipsum, quod habuimus in præcedente controversia, ratione quinta Papistarum. Itaque nulla necessaria noua responsio.

XXXV. Decimum argumentum apud Bellarminum ex Augustino, li. 3. contra Iul. c. 18. *Bonus est Deus: iustus est Deus:* Potest sine bonis meritis liberare, quia bonus est: non potest sine malis meritis damnare, quia iustus est. Epist. 106. ad Paulin. *Hæc massa si ita esset media, ut quemadmodum nihil boni, ita nec male aliquid mereretur, non frumenta videretur iniustas, ut ex ea fierent vas in contumeliam.* Quomodo vero per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem uniuersa defluxerit: proculdubio, quod ex ea sunt vas in honore, non ipsius utilitas, que gratiam nulla præcessit, sed Dei misericordia: quod vero in contumelia, non iniustitiae Dei, qua abit ut sit apud Deum, sed indicio deputandum est.

XXXVI. Respondeo in his locis nihil esse difficile. Non enim agi de æterno decreto, sed de eius exsecutione. Certum est non posse quenquam Deum damnare non præcedente merito. Sed damnatio non est decretum damnationis: imo decretum longe ea superius est. Deinde audis vas facta in contumeliam, non autem destinata. Et ita omnino nos oportet, cum non possumus penetrare abyssum illam mysteriorum Dei in Prædestinatione, diuertere ad exsecutionem, in qua luculentissime appetit Dei, tum misericordia, tum iustitia. Illa, quia nihil sit in homine, unde se possit iactare meriti salutem. Ideoque, quæ ducunt ad eam, hæc oportet illi omnia à Deo subministrari, ut non tantum finis, sed & media pendeant à Dei mera misericordia. Hæc vero, quia non potest homo seipsum excusare, quominus vere, & reapse meritus sit aeternum interitum. Itaque, et si Deus pro voluntate sua reprobaret: tamen eam voluntatem nihil habere iniusti, omnino necesse est confiteri.

C A P. IX.

De Paulo ad Rom. 9.

I. AT Catholicis Paulas est omni maior exceptione. Is autem Reprobationem impiorum æque pendere à voluntate Dei causa summa, ac Electionem piorum, docet ad Roman. 9. *Nondum natu pueris, inquit, cum nihil fecissent boni vel mali, ut propositum Dei, quod est secundum electionem, non ex operibus, sed ex vocante, maneret, dictum est.* Maior seruiet minor: sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau vero odio habui. Quid igitur dicemus? Num iniustitiae est apud Deum? Absit. Nam Moys dicit, miserebor cuius miserrimus fuero: & commiserabo, quem commiseratus fuero. Nempe igitur, non est eius qui velit, neq; eius qui currat: sed miseritatem Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni, *Ad hoc ipsum excitauit te, ut ostendam in te potestatem meam;* & ut annuncietur nomen meum in tota terra. Itaq; cuius vult miseretur, quem autem vult, indurat. Dices ergo mihi, Quid adhuc succenset? nam voluntati illius quis resistit? Imo vero, ô homo, tu, quis es, qui ex aduerso responsum a Deo? Num dicit figuratum sutori, Cur metu fecisti? Annon habet potestatem figurum in luto, ut ex eadem massa faciat, aliud quidem vas ad decus, aliud vero ad dedecus? Quid si vero volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, perculit multa lenitate vas atra coagmentata ad interitum?

II. Egregi

II. Egregie! Et multis notis obseruanda. Primo, quum Apostoli sit institutum, propriè de Electione dicere ad salutem, ut non excidisse doceat præmissionem Abrahæ factam: tamen non potuit eum sermonem explicare, nisi adscito isto de reprobatione impiorum. Nimirum, quia non possit vel cogitari electio, nisi concepta statim reprobatione. Hinc fit in serie graduua. Prædestinationis eterna, ut *etiam* *habet* sicut electio, & Reprobatio, sive *induratio*, atque adeo & quo utraque gradu distera Prædestinatione. Cum ergo electio nō subiiciatur præuisis operibus, ne reprobationem quidem portet. Et cum electio proxime prædestinationem sequatur, etiam reprobationem necessaria est: ut sit diuiso in hunc modum, Prædestination, est Electione vel Reprobatio. Itaque de utraque prædicandum quicquid de Prædestinatione. Huius autem causam summam esse voluntatem Dei, certum: ergo & reprobationis, non Electionis tantum. Aut, si non reprobationis, certe ne Prædestinationis quidem.

III. Secundo, dixerissima ista lunt: *Vt propositum Dei, quod est secundum electionem, non ex operibus, sed ex vocante, maneret; dictum est, maior seruet minori: sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau vero odio habui.* Hæc vero, quia indigent explicatione? Propositum, *etiam* *habet*, appellat (Syrus appellat præcognitam voluntatem) & quidem manens, id est, certum, firmum. Nonne ut significet, non temerarium exitum: sed ex æterno consilio, in quo Deus proposuerit, quid de Jacob, quid de Esau futurum esset, vel potius, futurū veller? Astid propositum non ex operibus, sed ex vocante. At si ex præuisis operibus, ex operibus: nam quomodo aliter?

IV. Tertio, occurrit obiectio: Si Dei propositum tam eligendi, quæ reprobandi non est ex operibus: ergo Deus iniustus est. Quid hic ergo Apostolus? Aut quomodo blasphemiam *iniquitatem*? Negat ne antecedens? Ita facilius oportuit, si ex operibus prædestinatione in virram partem. Sed ille negat potius consequentiam. *Num iniustitia est apud Deum? Absit.* Et negat consequentia rationem subiicit: testimonia Scriptura, quæ antecedens adstruunt; etiam, quoad reprobationem, ut in Pharaone. Quasi diceret, Si ob id iniustitia esset in Deo: ergo Scriptura Deo iniustitiam tribueret. At Scriptura nullam iniustitiam Deo tribuit. Ergo ob id nulla iniustitia est in Deo. Vel certe ita. Si ob id iniustitia esset in Deo, ergo nō penderet à voluntate Dei, ut hunc eligeret, illum vero reprobaret. Athoc falsum. Ergo & illud.

V. Quarto: inidem exorientali obiectio satisfit. Si pendet à Dei voluntate reprobatio, ergo contra reprobos Deus frustra irascitur. Ratio consequentia, quia eius voluntati nemo potest resistere, id est, ut loquuntur Papista. Ergo necessario peccant, necessario damnantur: salus est eis impossibilis. Hic quid Paulus?

VI. Primo, nusquam negat resisti non posse voluntati Dei: huic, inquam, vultu, de qua quæstio est, nempe summa causa, reprobationis: reprobationis, inquam, non ex operibus, sed ex proposito. Huic ergo voluntati, non admittit resisti posse. Vnde patet intelligi voluntatem illam efficacem, quæ omnib. reb. causa est existendi, non vero illam signi, quæ est inefficax: & cui homines resistunt libero suo arbitrio. Hoccine vero parum è re nostra: parum contra Papistas? Nam Greg de Valentia paulo ante: si non ex præuisione operum reprobatur Deus, ergo salutem reddit impossibilem. Quid aliud, quæsto, iij, quibuscum Paulo erat negotium, quum dicerent, *eius voluntati quis resistit?* Quid aliud, Ioannes de Bononia? *Nec ego ipse, inquit, possum cogitare de bonitate diuina, neque de quouis rege vel principe valeo mibi persuadere, nisi tyrannus fuerit, quod prima sua voluntate, velit habere quos puniat: ac proinde prius ordinet ad aeternam paenam, quam videat hoc deliquerisse, quod quidem crudelē, horribile, & contra benignitatem diuinam esse dictum arbitramur.*

VII. Sed ad rem. Quid igitur Paulus? *Imo vero, o homo, tu quis es, qui ex adverso responsas Deo?* Quæ seuerissima est increpatio eorum, qui nihil sibi in arcans Dei voluntate non & que cognitum ac suos digitos Non tu iam ferendus, quisquis es, qui non homo homini, non Deus Deo, sed homo Deo *autem operis*, ex aduerso responsas. In quo hæc vis est, quem temel quid Deus pronunciavit, tum nullum esse locum respondandi. Tolerentur sane, qui sibi indulgent, quandiu res sunt in obscurio: quandiu conferunt homunculi cõiecturas suas: sed Deo loquente, Deo ipso loquente, quis non taceat? solus fortasse Satan: *solum in te, o homo!*

VIII. Sed negat: & familiari exemplo traducit impietatem resp̄santium: quam Papista non traducunt: imo cedunt quasi necessaria: adiuuant quasi iustum: & *ex operibus*, subministrant. At Paulus maluit cohibere, *Num dicet figuratum sicutori. Cur metalem fecisti? Annon habet potestatem figulus in lutum, ut ex eadem massa facias aliud quidem vas ad accusum: aliud vero ad dedecum?* En sceleratam audaciam! Sic contra Deum pro se disputant: quasi se Deus fiduciarie commendatos aliunde accepisset: & non ipse de suo creasset. Enim vero quo spectant, si non eo spectant Ioannis à Bononia verba iam iam descripta? Non posse cogitare de bonitate diuina; neque de rege, nisi sit Tyrannus; ut velit prima voluntate habere quos puniat. Nā his verbis, aut nullus sensus est, aut hic sensus est: sicut rex tyrannus est, qui prima voluntate vult habere quos puniat: ita & Deus. Atqui rex non est conditor, creator, *etiam* *vlli* *sui* subdit: quin potius accepta Deo lux curæ commisso. Quid mirum, si certis legibus? Imo si tibi, si, inquam, tibi figulus sua vasa tradidisset, commendasset, nullum tibi in ea ius esset, nisi conseruandi. An propterea figulus non potest pro arbitrio confringere? Quæris, cur non tibi ex æquo: tibi homini, tam longe positio supra vata? Cetera ratio: brevis ratio Non sunt tua, sunt illius. At Paulus absurdum putat, plus figulo licere in sua vasa quam Deo in suis homines.

IX. Quinto, Nihil *ep̄fariat*: istis verbis *Cuius vult miseretur: quem autem vult indurat.* Ita enim significatur, esse utrumque prorsus ab arbitrio diuino, sic ut contra disputantibus, legitimate possit, imo debat opponi eius voluntas pro ultima causa, ultra quam nihil sit inuestigandum. Quod confirmatur ex consequentibus: Inde enim obiectio illa quod eius voluntati nemo resistit: quasi diceret, Deo misericordi cuiuspiam pro bona sua voluntate, non posse resisti: induranti etiam pro iusta sua voluntate non posse resisti. Ex eodem fonte & responsio quæ cohibet audaciam pergentium disputando, postquam constitut de ea voluntate.

X. Hunc tam disertum locum Bellarminus recitat, tanquam fundamentum, quo conficiat suam illam reprobationem negatiuam pende re tantum à voluntate Dei sola; non autem ab ullius operis præuisione.

Nos cum eo consentimus in eo tantum, ut ea sitvis verborum Apostoli, quæ præuisionem operum excludat. Sed de Reprobatione tantum negativa, ridemus somnum Iesuiticum. Quid enim? an sibi Jesuita debuit tantum tribuere, ut simpliciter pronunciari, nihil probanti, credi oporteat: *Obseruandum est*, inquit, *vocabula illa, quæ sonant aliquid positum, ut odio habere, & indurare, accipienda esse pro negatione: nam odio habere, hoc loco est non velle diligere: & indurare, est non velle misericordi.* Enī tibi soleritam! Nodum fecat, cui non est soluendo. At nos retinemus, quod concessit, imo quod negare non potuit; Apostolum usum iis verbis, quæ positivæ significant, non negatiue: ac prouide superiores esse nos dicimus scriptis tabulis. Illam interpretationem, si quando certis argumentis demonstrarit, tam viderimus. Interea certum habemus, agi de voluntate, cui resisti non possit.

XI. Sed Gregorius de Valentia in Thomam disputatione prima, quæ fratre vigefusa terria, puncto tertio: *Becanus opusculo primo, hunc tam insignem locum nobis conantur eripere magno labore, non uno tamen conatu.* Exsequar ordine. Gregorius ergo dupliciter. Primo illud, *Non ex operibus*, ad solam prædestinationem Iacob, non autem ad reprobationem Esau referri. Probat primo, quia illud dicat fieri non ex operibus: quod dicit fieri *ex vocante, & secundum propositum electionis.* Hoc autem non esse reprobationem: sed electionem. Secundo: quia institutum Apostoli est in primis ostendere electionem fieri *ex gratia*: non autem reprobationem fieri non propter peccata. Tertio, auctoritate Augustini, qui passim inde concludit, non nisi prædestinat: onem absque meritis fieri. Ad Simplicianum lib. i. qu. 2, & Epist. 105.

XII. Sed hæc solutio manifesta est loci corruptio. Omnia enim illud non ex operibus, tam ad Esau pertinet, quam ad Iacob. Elicitur semper ab his verbis, *Cum nondum natum fuissent, neq; aliud boni vel mali egissent: ut facile vident omnes: ex ipsa contextus serie. Deinde refertur etiam ad sequens: *dictum est ei, Major seruet minori:* nempe, ut maneret propositum non ex operibus. At qui iis verbis sententia continetur de utroque coniunctim: ut sophisticum sit discerpere. Non potest enim id deceretur referri ad propositum: si non intelligitur propositum de utroque: neque intelligi de utroque non ex operibus, nisi utrique ex æquo ea limitatio inseruat. Imo sensus ipse dicit, non posse maiorem præferri minori, non ex operibus: ut hoc ipsum *non ex operibus*. Non aut virumque pertineat. Nā quomodo Iacob sine operibus prælatus fratri Esau: si frater Esau postpositus est ex operibus? Hoc, inquit, ne Oedipus quidem intellexerit. Itaque Caietanus, *Non ex operibus filiorum*, inquit Lombardus, *Non ex operibus: sicut ostendit, non pro meritis præcedentibus illud fuisse dictum: ita nec pro futuris meritis amborum dictum fuisse hic ostendit: Lyranus, Non ex operibus: Quia nondum nativerant.**

XIII. In secunda probatione, primo nego institutum Apostoli hoc esse, ut doceat electionem fieri *ex gratia*. Nam thesis illi proposita est, *Non omnes qui sunt ex patre Israele, esse Israelem: ut ostenderet non excidisse sermonem in Dei.* Ad canrem autem tam erat necessaria Paulo Reprobatio, quam electio. Tum autem scandalum Iudæorum murmurantium, uno disceptantium, non ex electione ortum habet, sed ex reprobatione. Secundo, eti si non fuisse id institutum Apostoli, in primis tamen nihil obstat quoniam de reprobatione egerit, ad illustrandam electionem. Et si egit, tum nihil obstarat, quoniam illud *ex operibus*, & que pertineat ad Esau, & ad Iacob.

XIV. In tertia probatione, miror Iesuite ingenium. Nam Augustinus certe ex his Pauli verbis, non Iacobi tantum electionem intellexit, sed etiam Esau reprobationem. Lege ex ea quæstione primi ad Simplicianum. *Non ex operibus*, inquit, *sed ex vocante dictum est ei, Quia maior seruet minori.* Ad hoc pertinet quod ait: *Cum enim needum natus fuissent, neque aliquid egissent bonum aut malum, ut posset dici, non ex operibus: sed ex vocante.* Vnde occurrit animo querere, cur dixerit, ut secundum electionem propositum Dei maneret. *Quomodo est enim iusta, aut qualiscumque omnino electio, ubi nulla distinguitur?* Si enim nullo merito electus est Iacob nondum natus, & nihil operatus, nec omnino eligi potuit, nulla existente differentia, qua eligeretur: item, si nullo merito improbus est Esau, quia & ipse nondum natus, & nihil operatus erat, cum diceretur. Et maior seruet minori, quoniam eius improbatio iusta dicitur.

XV. Haec tenus prior Gregorij solutio. Altera leuior est, nec ipsi etiam que probata cum præcedent. Negare quidem Apostolum, quod & prædestinatione & Reprobatio coniunctim fiat ex operibus: non autem quod reprobatio seorsim, & per se considerata. Existimo sensum esse, cauillam aliquam esse, cur reprobatus sit Esau: At nullum cur Esau reprobatus sit, & Iacob electus.

XVI. Huiusvero solutionis vim videat qui poterit. Ego me fateor obtutore, quam ut possim aduertere. Nos sane ex Apostolo sumus argumentati exempli prædestinationis in utramque partem adferentes Iacob & Esau: illum electum, hunc reprobatum: utrumque non ex operibus. Gregorius nunc distinguunt Esau reprobationem coniunctim cum electione Iacobi:

Jacobi: vel separatum ab ea. Ego vero quæto, utrum haec duæ sint reprobationes, totidem actibus disparatae, an vero una. Nam, si una, quid opus est differat? Aut cur alias causam haberet, alias non habet? Et autem duas, totidem actibus disparatas, nondum erat auditum. Ego non admitto. Nec vice, quare magis Esau dicatur coniunctim reprobatus, cum electus est Iacob: & separatum rursus; quam Iacob coniunctim electus, cum reprobatus est Esau: & postiterum separatum: ut nullus sit finis inceptiarum.

XVII. Venio ad Beccanum. Is ponit Apostoli hunc scopum eius, ut ostenderet, Iudeos excludi a gratia Euangelica, Gentes vero admitti. Hinc dupli argumento pugnat, Iudeos repulso esse a gratia Euangelica: at nos dilucideare de reprobatione a gloria. Rursus: Iudeos reprobato esse non ex sola Dei voluntate, sed propter incredulitatem: at nobis probandam reprobationem fieri sola Dei voluntate sine nostris peccatis. Quia autem poterant Iudei dicere, non solum se, sed etiam esse peccatores Gentiles, ac proinde parem utrumque causam, nec se magis, quam illos excludi oportuisse, Paulum respondere, Deum in pari duorum causa, posse vni plus largiri, quam alteri exemplis Iacobi & Esau, Pharaonis & Nabuchodonosoris. Atque hic causam esse Dei voluntatem.

XVIII. Adeo si Papistæ permittunt nulla fronte Scripturam peruertere! Adeo nihil penitus habent, quid dicant, dum ne cedant veritati! Miram erroris efficaciam. Nam iste prætermis omnibus Veteribus, neglectis etiam recentibus, cunctis suis non tantum Papistis, sed etiam Iesuitis, scipsum solum ducem sequutus, nonum commentum excogitauit. Audeat et id quidem. Sed profecto non religie se. Illud primo falso, hoc loco Paulum agere de reiectis Iudeis, admissis Gentibus. Nam quæ nos virginis verba, pertinet, ut antea diximus, ad Iudeorum à Iudeis discrimen, id est, ad eam Thesin, quæ ponit non omnes naros ex Israele, esse Israelem. Nam de vocatione Gentium post incipit differere. Quod potuerat didicisse à suis Lombardo, Thomas, Caietano, aliis.

XIX. Ceterum turpe illud in Theologia flagitium est, duplum reprobationem constitui, unam a gratia, alteram a gloria. Nam primo nemo potest a gratia repelliri, qui non etiam a gloria. Secundo, prædestination est finis, & mediorum ad finem. Quo utrumque argumento conficitur, unam eandem que esse reprobationem, quæ arcet, a gratia, & gloria. Imo ipsa gloria, gratia nomine continetur: quo factum, ut Augustinus prædestinationem definiet præparationem gratiae, qui tamen prædestinari agnoscat homines ad vitam æternam. Quare nos ab hoc loco Pauli recte legitimeque argumentamur.

XX. Iudeos reprobatos non ex sola Dei voluntate sed propter incredulitatem, apud Apostolum non lego: sed lego, ramus esse per incredulitatem defraudatos, capite undecimo. Hoc vero quid ad rem? aut quomodo inde concilie, non esse sola Dei voluntate reprobatos? Nam aliud est reprobatio, aliud haec defraudatio, illa æterna, haec in tempore, decretum illa, haec decreti exequitio. Nos de illa disputamus, de hac minime. Itaque haec instantia nihil ad rem.

XXI. Illud rursus alienum à vero, induci exempla Iacob, & Esau, Pharaonis & Nabuchodonosoris, ad concludendum in causâ posse Deum plus vni largiri, quam alteri. Nam primo mentio nulla Nabuchodonosoris: sed solius Pharaonis: quod notandum, ut sciamus Apostolum considerare reprobationem, non tantum coniunctim, sive comparare cum electione, ut in Iacob & Esau, sed etiam separate & per se, ut in Pharaone: ac proinde dominum Apostoli hanc esse, non tantum in quaestione, quare ex duabus propositis, & qualis forte, vnum tamen eligatur potius quam alius, sed etiam in singulis quare hic reprobatur, potius quam eligatur, summa causam esse Dei voluntatem.

XXII. Secundo, posse Deum plus vni largiri, quam alteri, importune Iesuita inuxit. Louge enim aliud est vnuus diligere, alium odire: quam simpliciter vni dare, non alteri, aut etiam plus dare quam alteri. Itaque Iesuitam appetet eo respexisse, ut vim Apostolici sermonis eneruaret & eludret. Quod certe non est religiose disputantis.

CAP. X.

Alia Catholicorum rationes.

I. Gregius fuit Pauli locus: & potuit vnuus esse instar omnium. Sed non desunt alia rationes firmæ. Prima: Si neminem prædestinat ad integrum Deum, nisi prævisa eius cooperatione, vel reluctance: ergo in vocatione, nemini debet sola voluntate denegare auxilia ad salutem necessaria. At hoc sit, ergo non illud.

II. Probarunt assumptum, Matth. ii. Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terre, quod absconderis haec a sapientibus, & intelligentibus: & ea detexeris infantibus. Etiam Pater: quia ita placuit tibi Lucas Brugensis, Laudat Patris factum Christum, & rectum ostendit, ea sola ratione, quod ipso sic placuerit: non delectatus

malo reprobatorum, sed in isto Patris iudicio. Docet itaque nos, non discutere Dei iudicia, illos reprobantes, hos eligentes: sed laudare ea & predicare, vel haec sola ratione, quod Deo placet: cuius voluntas definita, quando nobis cognita est, pro summaratione & iustitia celebrans: be neplacitum, pro mille rationibus amplectendum est. Et post. Nec reprobationis igitur, nec prædestinationis hominum ex damnata progenie natorum, horum præ alius causa querenda est alia, quam Patris celestis voluntas per seipsa rectissima. In eandem sententiam prolixior est Carthaginianus.

III. Consequentiam confido esse cuius perspicuum. Nam qui vult finem, vult & media ad finem. Est autem reuelatio mysteriorum, necessaria ad salutem hominum. Quicunque ergo tantum, quia vult ita, cuiquam denegat auxilia necessaria: profecto idem sola voluntate denegat finem.

IV. Secunda ratio: Si prævisio mali usus Arbitrij summa causa est reprobationis æternæ: ergo nemo bene usus eodem, reprobatus erat. At multibene usuri reprobati sunt: ergo prævisio boni usus, non est summa causa reprobationis.

V. Consequentia perspicua est. Nam summa causa, est etiam certe universalis omnibus actibus reprobationib. Præterea docent, qui ita sentiunt, Deum accusari posse iniurias, si, nullo præviso malo usu, reprobaret. Quanto magis, si præviso bono usu?

VI. Asumptum probatur ex eodē 11. Mat. V. & tibi Corazin: & tibi, Bethsaida: Nā si in Tyro & Sidone edit & sunt sufficient virtutes q̄ edita apud vos, olim cū facio & cinere respuissent. Ideo Tyri & Sidonis tolerabilius erit conditio in iudicio, q̄ vestra. Et tu Capernaum, quæ es usq; ad caelum sublata, usq; ad inferos deprimeris: nam si Sodomis edit & fuissent virtutes, quæ edita sunt apud te, mansisset usq; ad hodiernum diem. Habemus diserte præsum à Deo Tyrios & Sidonios conuentos, si ad eos profectus Christus, miracula edidisset. Qui bonus usus arbitrij appellatur apud Papistas. Et tamen habemus eodem reprobatos: quia iis dicitur futurum non quidem bene, sed ~~admirabiliter~~, tolerabilius, in futuro iudicio. Quare non potest quisquam dicere, eos reprobatos propter prævisionem mali usus liberi arbitrii.

VII. Augustinus, de bono Perseverantia lib. 2. c. 14. Hec prædestinatione Sanctorum nihil aliud est, quam prescientia scilicet & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumq; liberantur. Ceteri autem ubi, nisi in massa peditio, iusto diuino iudicio relinquentur? Vbi Tyri & Sidoni, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vidissent. Sed quoniam ut credent, non erat eis datum, etiam unde credent, est negatum. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio Diuinum naturaliter munus intelligentie, quo mouentur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiunt verba, vel signa conspiciant: & tamen si Dei altiore iudicio à perditionis massa non sunt gratis prædestinatione discreti, nec ipsa eis adhibentur, vel dicta Diuina vel facta per quæ possint credere si audirent utique talia, vel viderem. Recentior Lucas Brugensis & Papista, ad eandem mentem. Quaritur, quare Deus, iis poshabitis, quos conuerterendos miraculis illis nonerat, apud illos ea fieri noluerit, quos nouerat illis nihil meliores, imo vero deteriores effectum iri? Non est autem aliud quod responderetur, quam quod ait Apostolus ad Romanos nono: cuius vult miseretur, & quæ vult inducat: o homo, tu quis es, qui respondeas Deo?

VIII. Tertia ratio: Aut omnes reprobantur ex prævisione operum, aut nulli. Ratio consequentiae: quia si neque omnes, neq; nulli. Ergo saltem aliqui. Atqui in aliquibus eadem ratio quæ in omnibus. Nam si iniustitia est reprobare sola voluntate: ergo, non tantum si omnes reprobantur, sed etiam si vnuus. Quomodo rex ille tyrannus esset, non tantum qui omnes suos subditos velleret ex quo interficeret: sed etiam qui quosdam tantum null'a causa. Atque adeo experientia docet cum nullus vnuquam fuerit tam immanis tyrannus, qui in omnes absque ullo discrimine, sacerditerit.

IX. At non reprobari omnes ex prævisione meritorum: id vero experientia manifestissime contestatur in infantibus: qui antequam egrent, aut etiam agere possent quicquam boni aut mali, denascuntur. Nam in iis quænam possunt, quæso prævideri merita, quæ non modo nulla sunt, nulla futura sunt fed ne esse quidem possunt: Nam esse non posse certum: quandoquidem infantibus nullus est usus arbitrij liberi. Certum est tamen ex iis infantibus multis esse reprobatos: Papistis, ex quo omnes non baptizatos: Catholicis: et si non omnes, tamen plurimos.

X. Nam quod exipient: Infantes non damnari ad peccatum sensus, sed tantum damni: primo ineptum est, ut suo loco docuimus. Secundo, haec euasio eos iuaret, si forte, solos, qui negatiuam reprobationem disparant a positiva. Tertio, ne hos quidem. Nam quod infantes ita tractentur, id illi imputant peccato originis, quod negant debere puniri pena sensus. Quod si est: tum profecto, vel concedendum, illam ipsam non positivam reprobationem habere causam ex parte reprobatorum, id est, fieri propter peccatum originale præsum: quod tamen constanter negant: vel hoc, quicquid est, de peccatum distinctione, absurdum esse, & alienum ab hoc loco.

**

FINIS LIBRI OCTAVI.

LIBER